

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens Epistolas, ad T. Pomponium Atticum, M. Iunium Brutum,
Quinctum fratrem

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

In Epistolarvm M Tvllii Ciceronis Ad T Pomponivm Atticvm Librvm IX Pavlli
Manvtii Commentarivs

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770415](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770415)



IN · EPISTOLARVM
M · TVLLII · CICERONIS
A D
T · POMPONIVM · ATTICVM
LIBRVM · IX.
PAVLLI · MANVTII
COMMENTARIVS



Cicero S. D. Attico. 1.



HTSI, cum tu has litteras legeres, putabam fore, ut scirem iam, quid Brundisij actum esset; nam Canusio VIII. Kal. profectus erat Cnaeus; haec autem scribebam prid. non. XIV. die postquam ille Canusio mouerat: tamen angebar singularum horarum expectatione; mirabarque, nihil allatum esse ne rumoris quidem: nam erat mirum silentium. sed haec fortasse *νεοσπονδα* sunt: quae tamen iam sciuntur, necesse est. illud molestum, me adhuc inuestigare non posse, ubi Lentulus noster sit, ubi Domitius. quaero autem, quo facilius scire possim, quid acturi sint, ituri ne ad Pompeium, & si sint, qua, quando ueituri sint. urbem quidem iam refertam esse optimatum audio, Sositum, & Lupum, quos Cnaeus noster ante putabat Brundisium uenturos esse, quam se, ius dicere. hinc uero uulgo uadunt. etiam M. Lepidus, quo cum diem contere solebam, cras cogitabat. nos autem in Formiano morabamur, quo citius audiremus. deinde Arpinum uolebamus. inde, iter qua maxime *ἐπιταρτηρον* esset, ad mare superum, remotis, siue omnino missis lictoribus. audio enim, bonis uiris, qui & nunc, &

saepe antea magno praesidio reip. fuerunt, hanc cunctationem nostram non probari, multaue in me, & seuerè in conuiujs tempestiuus quidem disputari. cedimus igitur; & ut boni cines simus, bellum Italiae terra, marique inferamus; & odia improborum rursus in nos, quae iam extincta erant, incendamus; & Luceij consilia, ac Theophrasti persequamur. nam Scipio uel in Syriam proficiscitur, sorte; uel cum genero, honeste; uel Caesarem fugit, iratum. Marcelli quidem, nisi gladium Caesaris immissent, manerent. Appius & eodem timore, & inimicitiarum recentium. & tamen, praeter hunc, & C. Cassium, reliqui legati, Faustus pro quaes. ego uenus, cui utrumuis licet. frater accederet; quem socium huius fortunae esse, non erat aequum; cui magis etiam Caesar irascetur: sed impetrare non possum, ut maneat. dabimus hoc Pompeio, quod debemus. nam me quidem alius nemo mouet; non sermo bonorum, qui nulli sunt; non causa, quae acta timide est, agetur improbe. uni uni hoc damus, nec id quidem roganti, nec suam causam, ut ait, agenti, sed publicam. Tu quid cogites de transendo in Epirum, scire sane uelim. Vale.

EXPLANATIO

XIII. die ꝛ legendum XIII. tot enim sunt dies ab IX. Kal. ad pridie non. *Κεῖς σου δα* ꝛ inanis studij fortasse curantur a me sine causa. *Σοσῖμ*, ꝛ *Λύπυμ* ꝛ praectorem utrumque. epist. 6. & 12. lib. 8. *ἄλλο* uadunt. ꝛ Vulgo, frequentiam significat: ut Caesar quoque dixit lib. 3. bel. ci. Cum paene quotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent, uulgo uero in Epiro, atque Aetolia conscripti milites, earumq. regionum, quae a Caesare tenebantur. Cic. pro Mur. Quid est uulgo? uniuersos. *ἄνδρες* ꝛ quid Brundisij actum esset. *ἄνδρες* ꝛ ut in Graeciam transmitteret. ep. 3. *ὅτι* ꝛ nunc, ꝛ quo modo nunc praesidio reip. cum domi maneant: aliud fortasse dicit, aliud intelligit, *ἄνδρες*. ep. 16. l. 8. & 3. lib. 9. *ἄνδρες* ꝛ accipitur in malam partem, ut alibi semper. epist. xi. pro Murena, de feneclute, pro Archia, in Catone, apud Tacitum. lib. xi. & 18. *ἄνδρες* ꝛ Caesaris. *ἄνδρες* ꝛ stomachose in Pompeium, qui, suadentibus L. Luceio, & Theophane Mitylenaeo perniciosum reip. bellum suscepisset. *ἄνδρες*: faciamus, quod Luceio, & Theophani uidentur. *ἄνδρες* ꝛ connumerat eos, quos aliqua causa uidetur adduxisse, ut contra Caesarem arma fumerent. *ἄνδρες* ꝛ quia ei sorte obuenerit. *ἄνδρες* ꝛ Pompeio. *ἄνδρες* ꝛ quia sententiam dixerat, ut Caesar ante certam diem exercitum dimitteret: si non faceret, aduersus remp. facturum uideri. Caesar libro 1. de bello ci. *ἄνδρες* ꝛ Marcus, & duo Caij: qui omnes Caesaris dignitatem oppugnaverant. *ἄνδρες* ꝛ in Italia. *ἄνδρες* ꝛ tres numerat, qui imperium non habebant, Appium, Cassium, Faustum. *ἄνδρες* ꝛ cum P. Cornelio Dolabella, & M. Coelio Rufo, qui Caesaris partem sequebantur. fam. lib. iix. *ἄνδρες* ꝛ qui erat censor. epist. 15. lib. 8. *ἄνδρες* ꝛ qui erat tribunus pl. ep. 22. lib. 7. *ἄνδρες* ꝛ Bessarionis liber, Prope. forte, Propr. id est propraetor, ex Caesaris lib. 1. de bello ci. sed, cum non nominetur ep. 2. inter eos, qui imperium habebant, uidetur rectius, Proquaestor. *ἄνδρες* ꝛ possem arbitrari meo in Italia manere. neque enim mihi est Caesar in sensus: (cum utroque amicitia pat. ep. 1. lib. 7.) neque magistratus persona cogit: cum imperium possum deponere, & abiecto triumpho, in urbem introire. *ἄνδρες* ꝛ malim, Accedet, cum in antiquis libris, Accedent, scriptum sit. *ἄνδρες* ꝛ quam subimus ad Pompeium proficiscentes. *ἄνδρες* ꝛ quia Caesaris legatus fuit in Gallia, neque Pompeio debet aequae atque ego. *ἄνδρες* ꝛ etsi neque me roget, ut eum sequar, nec suam, ut ait ipse, causam agat: me tamen mouet. *ἄνδρες* ꝛ ait se publicam causam agere, non suam, quasi dicat: secus est, & quodam modo significat, Pompeium, non tam reip. quam sua causa motum, arma cepisse. sic ep. 10. lib. 4. *ἄνδρες* loquebatur.

Cicero S. D. Attico. 2.

ETSI nonis Mart. die tuo, ut opinor, exspectabam a te epistolam longiorem: tamen ad eam ipsam breuiorem, quam III. non. ὅτι τὴν δὲ ἀλλοτρίαν δέδισθαι, rescribendum putauit. Caudere ais te, mansisse me: & scribis, in sententia te manere. mihi autem superioribus literis uidebare non dubitare, quin cederem: ita, si & Cnaeus bene comitatus conscendisset, & consules transissent, utrum, hoc tu parum commemorasti, an ego non satis intellexi, an mutasti sententiam? sed aut ex epistola, quam exspecto, perspiciam, quid sentias: aut alias abs te litteras eliciam. Brundisio nihil dum erat allatum. o rem difficilem, planeq. perditam, quam nihil praetermittis in consilio dando: quam nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicas. Non esse me una cum Pompeio, gaudes: ac proponis, quam sit turpe me adesse, cum quid de illo detrahatur: nescis esse approbari: certe contra igitur? dij, inquis, auertruncent. quid ergo fiet, si in altero scelus est, in altero supplicium? impetrabis, inquis, a Caesare, ut tibi abesse liceat, & esse otioso. supplicandum igitur? miserum: quid, si non impetraro? Et de triumpho erit, inquis, integrum. quid, si hoc ipso premar? accipiam? quid foedius? negem? repudiari se totum, magis etiam, quam olim in xx. uiratu, putabit. ac solet, cum se purgat, in me confer

re omnem illorum temporum culpam: ita me sibiuisse inimicum, ut ne honorem quidem a se accipere uellem. quanto nunc hoc idem accipiet asperius? tanto scilicet, quanto & honor hic illo est amplior, & ipse robustior. Nam quod negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompeium hoc tempore: non uideo causam, cur ita sit, hoc quidem tempore. qui enim, amisso Corfmio denique, certior me sui consilij se cit, is queretur Brundisium me non uenisse, cum inter me, & Brundisium Caesar esset? demde, etiam scit, a te in uisum esse in ea causa querellam suam, me putat de municipiorum imbecillitate, de delectibus, de pace, de urbe, de pecunia, de Piceno occupando plus uidiisse, quam se. si, cum potuero, non uenero: tum erit inimicus. quod ego non eo uereor, ne mihi nocent: (quid enim faciet? τίς δ' ἐστὶ δούλος τοῦ δουλοῦ ἀποστῆναι ὄν;) sed quia ingrati animi crimen horreo. confido igitur adueniunt nostrum illi, quoquo tempore fuerit, ut scribis, ἀποστῆναι fore. Nam quod ais, si hic temperantius egerit, consideratius consilium te daturum: qui hic potest se gerere non perdit? uita, mores, ante facta, ratio suscepti negotij, socij, uires bonorum, aut etiam constantia. Vix dum epistolam tuam legeram, cum ad me, currens ad illum, Postumus Curtius uenit, nihil nisi classes loquens,

quens, & exercitus eripiebat Hispanias: tenebat Asia, Siciliam, Africanam, Sardiniam: confestim in Graeciam persequeretur. eundem igitur est, nec tam ut belli, quam ut fugae socij simus. nec enim ferre potero sermones istorum, quicumque sunt. non sunt enim certe, ut appellantur, boni. sed tamen id ipsum scire cupio,

quid loquantur: idque ut exquiras, meque certiore facias, te uehementer rogo. Nos adhuc, quid Brundisij actum esset, plane nesciebamus. cum sciemus, tum ex re, & ex tempore consilium capiemus, sed utemur tuo. Vale.

EXPLANATIO

QUIN cederem & satis constat, Italia, subaudiri. nam id, quod sequitur, Ita si & Cnaeus, ualeat, ea tamen condicione, si & Cnaeus. **DIE** tuo, & die quartanae. ep. 8. lib. 7. & 4. lib. 9. **ADESSE**, & in senatu. epist. 5. lib. 9. **CONTRA** & contra detrahentes disputem? **SCELVS** & si approbo, quae dicuntur in Pompeium. **SUPPLICIUM** & si contra eos, qui de illo in senatu detraherent, disputem. **DE triumpho** & uide epistolam III. lib. 8. **OLIM** & Clodianis temporibus, cum in locum Cosconij mortui est inuitatus. ep. 10. lib. 2. **HONOR** & triumphus. *Απαρρησίας* & impeditam, & reprehendendi licentia carentem. putat enim me plus uidisse, quam se, cum ei dicerem, in municipijs parum roboris nostrae causae futurum: delectus inuitorum fore: quod utrumque docuit euentus: pacem uel iniustam uiliorem esse, quam iustissimum bellum: urbem non esse relinquendam: pecuniam ex aerario sumendam: Picenum occupandum, ut Caesari aditus ad urbem praeccluderetur. quibus in rebus mihi ille si paruisset rectissime monenti, haud paullo melius & sibi, & reip. consulisset. **TVM erit inimicus**: & tum non rectus, mihi ut sit inimicus: erit enim iure: nunc irasci non potest, quia Brundisium ad ipsum non ierim: neque enim potui, cum inter me & Brundisium Caesar esset. *τίς ἐστὶ δούλος* & seruire, inquit, est mortem timere. qui autem non timet, seruus esse non potest. quae mihi igitur seruitus a Pompeio potest impendere? eripiam me ab omnibus malis, si opus sit, morte uoluntaria. **ERIPIEBAT** & crepturum Caesarem aiebat. **NON sunt certe boni** & quia domi manent. ep. 16. l. 8.

Cicero S. D. Attico. 3.

DOMITII filius transijt Formias VII. id. currens ad matrem Neapolim; mihiq. nunciari iussit, patrem ad urbem esse; cum de eo curiose quaesisset seruus noster Dionysius. nos autem audieramus eum profectum siue ad Pompeium, siue in Hispaniam. id cuiusmodi sit, scire sane uelim. nam ad id, quod delibero, pertinet, si ille certe nusquam discessit, intelligere Cnaeum, non esse faciles nobis ex Italia exitus, cum ea tota armis praesidijsq. teneatur, hieme praesertim. nā, si commodius anni tempus esset; uel in fero mari liceret ui. nunc nihil potest, nisi supero, transmitti, quo iter in terclusum est. quaeris igitur & de Domitio, & Lentulo. A Brundisio nulla adhuc fama uenerat: & erat hic dies VII. id. quo die, suspicabamur, aut pridie Brundisium uenisse Caesarem. nam kalendis Arpis manserat. sed si Postulum audire uelles, persecutus erat Cnaeum: transiisse enim iam putabat, coniectura tempestatum, ac dierum. ego nauas eum non putabam habiturum: ille confidebat, & eo magis, quod audita nauicularijs hominis liberalitas esset. sed, tota res Brundisina iam quo modo habeat se, liuius nescire non possum. Vale.

EXPLANATIO

MATREM & Catonis sororem Porciam. Plutarchus. **AD urbem** & ad urbem esse proconsules dicebantur; & Domitius Galliae proconsul, proconsulibus autem urbem ingredi, nisi deposito imperio, per leges non licuisse, supra diximus. **SERVVS** & non igitur is, de quo ep. 5. lib. 4. quem constat libertate donatum. **QUOD delibero** & de transendo in Graeciam. **ITER interclusum** & omnia enim Caesaris armis; praesidijsq. tenentur. **TRANSISSE** & Cnaeum. **EVm** & Caesarem: ut persequi posset. **DIVIVS nescire non possum**. & necesse est, ut iam sciamus.

Cicero S. D. Attico. 4.

EGO etsi tam diu requiesco, quam diu aut ad te scribo, aut tuas literas lego: tamen & ipse ego argumento epistolarum i, & tibi idem accidere certo scio. quae enim soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur: quae autem sunt horum temporum, ea iam contriuimus. sed tamen, ne me totum aegritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tamquam diuersas, quae & politicae sunt, & temporum horum, ut & abducam animum ab querellis, & in eo ipso, de quo agit, exercear. eae sunt huiusmodi.

Ei

Εἰ μείτερον ἐν τῇ πατρίδι τυραννομένη: τυραννομένης δὲ αὐτῆς, εἰ πατρὶ πρότερον τυραννίδος κατάλυσιν πειρατέον, καὶ μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ ἧσὶ ὄλων ἢ πόλις κινδυνώσκειν. εἰ δὲ λαβιτέον τὸν καταλύοντα μὴ αὐτὸς ἀρθῆται. εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι εἰρήνῃ μάλλον, ἢ πολέμῳ. εἰ πολιτικὸν τὸ πῶς χάσει ἀναχωρησάντά ποι τῆς πατρίδος τυραννομένης, ἢ διὰ παντὸς ἴτερον κινδυνώου τῆς ἐλθερίας πέρι. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρα, καὶ πολιορκιτέον αὐτὴν τυραννομένην. εἰ καὶ μὴ δοκιμάσονται τῇ διαπολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις. εἰ τοῖς ἀεργέταις, καὶ φίλοις συγκινδυνώότεον ἐν τοῖς

πολιτικοῖς, καὶ μὴ δοκῶσιν ἀβεβουλεύσασθαι περὶ ἧσὶ ὄλων εἰ ὁ μέγιστος τῇ πατρίδι ἀεργετίας, διὰ τοῦτο δὲ τοῦτο ἀνήκεστα παθῶν, καὶ ἰσοιηδῆς, κινδυνώσκειν ἀνθελογοῦν ὑπὲρ τῆς πατρίδος: ἢ ἀρετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε, καὶ ἢ οἰκειοτάτων ποιῆσαι προνοίαν ἀρεμένῳ τὰς ἀρὰς τοῦ ἰσχυόντος διαπολιτείας. in his ego me consultationibus exercens, & differens in utramque partem tum graece, tum latine, & abduco parumper animum a molestiis, & ἢ ἀπούργου τί delibero. Sed vereor, ne tibi ὄκαρος sim. si enim recte ambulavit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Vale.

EXPLANATIO

IN IPſVM tuum diem & in diem quartanae. Tuum, autem, tibi ex consuetudine familiarem. epist. 7. lib. 7. & sequenti.

Cicero S. D. Attico. 5.

NATALI die tuo scripsisti epistolam ad me plenā consilij, summaeq. tum benevolentiae, tum etiam prudentiae. eam mihi Philotimus postridie, quam a te acceperat, reddidit. Sunt ista quidem, quae disputas, difficillima, iter ad superum, navigatio infero, discessus Arpinum, ne hunc fugises; mansio Formys, ne obtulisse nos gratulationi uideamur: sed miserius nihil, quam ea uidere, quae tamen iam, iam inquam uidentur. Fuit apud me Postumus: scripsi ad te, quam grauis uenit ad me etiam Q. Fufius, quo uultu, quo spiritu inproperans Brundisium, scelus accusans Pompeij, leuitatem, & stultitiam senatus. haec qui in mea uilla non feram, cur tum in curia potero ferre? Age, finge me quamuis & σωμαχῶς haec ferentem: quid illa, dic M. Tulli, quem habebunt exitum? Et omitto causam reip. quam ego amissam puto cum uulneribus suis, tum medicamentis his, quae parantur. de Pompeio quid agam? cui plane (quid enim negem?) succensusui. semper enim causae euentorum magis mouent, quam ipsa euenta. haec igitur mala, quibus maiora esse quae possunt? considerans, uel potius iudicans eius opera accidisse, & culpa, inimicior eram huic, quam ipsi Caesari. ut maiores nostri funestiores diem esse uoluerunt Albiensis pugnae, quam urbis captae; quod hoc malum ex

illos; ita que alter religiosus etiam nunc dies, alter in uulgus ignotus; sic ego, decem annorum peccata recordans, in quibus merat ille etiam annus, qui nos, hoc defendente, ne dicam grauius, affligerat; praesensiq. temporis cognoscens temeritatem, ignauiam, negligentiam, succensebam. sed ea iam mihi ex ciderunt. beneficia eiusdem cogito, cogito etiam dignitatem. intelligo serius equidem, quam uellem, propter epistolas, sermones, Balbi; sed uideo plane, nihil aliud agi, nihil actum ab initio, quam ut hunc occideret. ego igitur. si quis apud Homerum, cum ei & mater, & dea dixisset, Αὐτίκα γὰρ τοῖ ἐπειτα μετ' Ἐκτορα πότμος ἑτοίμος, matri ipse respondit, Αὐτίκα τὸ θάνατον, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἐτέαιεσθαι. Κτενομένην ἔπαμψαι. quid, si non ἐταίρος solum, sed etiam ἀεργετῆρ' adde, tali uiro, talem causam agenti, & ego uero haec officia mercanda uita puto. optimatibus uero tuis nihil confido, nihil iam ne inferuo quidem uideo, ut se huic dent, ut daturi sint, quidquam tu illa putas fuisse de ualitudine decreta municipiorum praesens de uictoria gratulationibus? timent, inquit. at ipsi tum se timuisse dicunt. sed uideamus, quid actum sit Brundisij. ex eo fortasse mea consilia nascentur, aliaeque litterae. Vale.

EXPLANATIO

QVAM grauis & aut, Grauis, molestus mihi, qui de Caesare iactaret ea, quae minime uellem; aut, Grauis, qui nimium magne loqueretur, classes, exercitus, prouincias. FVSIVS, & Fufius Caenianus, & ipse Caesarianus. SCELVS Pompeij & qui, nulla se offensus, contra ius ueteris amicitiae, atque affinitatis, omni ratione Caesaris dignitatem oppugnasset. SENATVS & qui ad Pompeij nimis infirmi uoluntatem iniquissima S. C. contra robustissimum Caesarem, contraque tribunos pl. fecisset. VILLA & Formiana. CVR tum incuria & si ad urbem Caesar uocabit, & adesse in senatu uoluerit. Dico M. Tulli & cum sententiam rogabor in senatu, non tam de rep. quam de ipso Pompeio, quid dicam? quo modo me explicabo? ep. 7. lib. 7. Et omitto & usitatus. Sed omitto, atque omnino apertius, mendam fortasse inde fluit, quod Set pro Sed ueteres scribebant. MEDICAMENTIS & quam enim ab eo, qui fugit, sperare salutem potest? non conualescet igitur medico Pompeio. QVID agam? & sequar eum in Graeciam, an maneam in Italia? & CAVSSAE euentorum & significat, Pompeij culpa in eam calamitatem incidisse remp. qui per decem annos Caesaris potentiam auxerat: ut se quidem inimicum esse Caesari dicat

dicat ob euenta, sed inimiciorum Pompeio ob causas euentorum. RELIGIOSVS & tristi omine infamis, ut explanat Gellius. ILLI etiam annus & cum Clodia rogatione tristem exsulij calamitatem subij. Hoc defendente & accusat Pompeium tamquam praeuaticatorem, ac desertorem in patrocinio, ep. 13. 1.3. NE dicam grauius & poterat enim dicere, non modo se desertum, sed armatum etiam a Pompeio inimicum suum. uide ep. 22. lib. 2. TEMERITATEM, ignauiam, negligentiam. & Pompeij peccata. Temeritatem, in suscipiendo bello, cum esset imparatissimus: Ignauiam, & Negligentiam, in gerendo. BALBI & cui fidem habui, affirmari Caesarem optimo esse animo erga Pompeium, & concordiam cupere, ep. 9. & 15. lib. 8. EGO igitur & refer ad illud, Ego uero haec officia &c. APUD Homerum & Thetidi respondet Achilles, αὐτίκα τεθναίην, ἐπὶ οὐκ ὄρεμελλον ἑταίρω κτενομένῳ ἑταμύναι. NON ἑταίρω solum & uult Achilles apud Homerum ulcisci Patroclum, quia focus; ego ferre opem Pompeio, quia etiam de me bene meritus. TALI uiro & rerum gestarum gloria circumfluenti. CAUSSAM & reip. OPTIMATIBVS uero tuis & noli putare, me ad Pompeium iturum, quod optimatum sermonibus mouear, aut quod ijs in seruire uelim, mansionem meam reprehendentibus, profectioem laudantibus. sed me mouet tum beneficium, tum dignitas Pompeij, eo magis, quod agit causam reip. HVC dent & Caesari, quamquam Caesar aberat: sed uultu laetitiam ob Caesaris uictoriam significabant. DATURI & cum Brundisio redierit. DECRETA & a municipijs facta, ut omnes uota facerent pro salute Pompeij, in Campania aegrotantis, ep. ultima lib. IX. VICTORIA & Caesaris, qui, uniuersa Italia occupata, Pompeium cedentem persequabatur. TVM & cum illa pro salute Pompeij decernebant.

Cicero S. D. Attico. 6.

NOs ad huc Brundisio nihil. Roma scripsit Balbus, putare iam Lentulum eos. transmisisse, nec eum a minore Balbo conuentum; quod is hoc iam Canusij audisset; inde ad se eum scripsisse: cohortesque sex, quae Albae fuissent, ad Curium Minucia transisse: id Caesarem ad se scripsisse, & breui tempore cum ad urbem futurum. ego utar tuo consilio: neque me in Arpinum hoc tempore abdam. etsi, Ciceroni meo rogationem cum dare Arpini uellem, hanc eram ipsam excusationem relicurus ad Caesarem. sed fortasse in eo ipso offendetur, cur non Romae potius. sed tamen, si est conueniendus, hic potissimum. tum reliqua uidebimus, id est & quo, & qua, & quando. Domitius, ut audio, in Cassano, & quidem, ut aiunt, paratus ad nauigandum: si in Hispaniam, non probo: si ad Cnaeum, laudo: quoniam potius certe, quam ut Curium uideat; quem ego patronus adspicere non possum. quid alios? sed, opinor, quiescamus; ne nostram culpam coarguamus; qui, dum urbem, id est patriam, amamus, dumque rem conueniuntur am putamus, ita nos gessimus, ut plane interclusi, capti, & simus. Scripta iam epistola, Capuae litterae sunt allatae hoc exemplo. Pompeius mare transijt cum omnibus militibus, quos secum habuit. hic numerus est hominum millia xxx, & consules duo, & tribuni pl. & senatores, qui fuerant cum eo, omnes cum uxoribus, & liberis. Conscendisse dicitur ad 14. non Mart. ex ea die fuere septemtriones uenti. naues, quibus usus non est, omnes aut praecidisse, aut incendisse dicunt. de hac re litterae L. Metello trib. pl. Capuam allatae sunt ab Clodia socru, quae ipsa transijt. ante sollicitus eram, & angebar, sicut res scilicet ipsa coegebat, cum consilio explicare nihil possem: nunc autem, postquam Pompeius, & consules ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore.

οὐδὲ μοι ἦ τορ

ἴμετ' οἱ, ἀλλ' ἀλάδου κτημα.

non sum, inquam, mihi crede, mentis compos: tantum mihi dedecoris admisisse uideor: me non primum cum Pompeio, qualicumque consilio uiso, deinde cum bonis

esse, quamuis causa temere instituta? praesertim cum ij ipsi, quorum ego causa timidius me fortunae committebam, uxor, filia, Ciceroes pueri, me illuc sequi malent, hoc turpe, & me indignum putarent. nam Quintus quidem frater, quidquid mihi placeret, id rectum se putare aiebat, id animo acquisitissimo sequebatur. tuas nunc epistolas a primo lego. haec me paululum recreant. primae monent, & rogant, ne me proijciam. proxima gaudere te ostendunt, me remansisse. eas cum lego, minus mihi turpis uideor, sed diu, dum lego: deinde emergit rursum dolor, & ἀποὸν φαντασία. Quamobrem obsecro te, mi Tite, eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem, aut consolatione, aut consilio, aut quacumque re potes. quid tu autem possis? aut quid homo quisquam uix iam deus. equidem illud molior, quod tu mones, sperasque fieri posse; ut mihi Caesar concedat, ut absim, cum aliquid in senatu contra Cnaeum agatur. sed timeo, ne non impetrem. uenit ab eo Furnius: (ut quidem scias, quos sequamur: Q. Titinij filium cum Caesare esse nunciat) sed illum maiores mihi gratias agere, quam uellem. quid autem me roget. (paucis ille qui dem uerbis, sed ἐν δυνάμει) cognosce ex ipsius epistola. me miserum, quod tu non ualuisi. una fuisset: consilium non defuisset, οὐκ ἔδωκεν ἔργον. sed alia ne agamus: reliqua paremus. me adhuc haec duo fefellerunt, initio spes compositionis, qua facta uolebam, ut popuiari, ut ea sollicitudine senectutem nostram liberari: deinde bellum crudele, & exitiosum suscipi a Pompeio intelligebam. melioris medius filius ciuis, & uiri putabam, quoniam supplicio affici, quam illi crudelitati non solum praesse, uerum etiam interesse. uidetur uel mori satius fuisse, quam esse cum ijs. Ad haec igitur cogita, mi Attice, uel potius excogita. quemuis euentum fortius feram, quam hunc dolorem. Vale.

Caesar imp. S. D. Ciceroni imp.

Cum Furnium nostrum tantum uidissem; neque loqui, neque audire me commodo potuisset; cum properarem, atque essem in itinere, praemisissis iam legionibus; praeterire

praeterire tamen non potui, quin & scriberem ad te, & illum mitterem, gratiasq. agerem. etsi officium & feci saepe, & saepius mihi facturus uideor: ita de me mereris. in primis a te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem uenturum, ut te ibi ui-

deam; ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad propositum reuertar: festinationi meae, breuitatiq. litterarum ignosces. reliqua ex Furnio cognosces. Vale.

EXPLANATIO

A MINORE Balbo & Caesaris nomine rogatur, ut in Italia maneret. ep. 9. lib. 8. QVOD is & quod Balbus minor Canusij audisset Lentulum consullem transfussisse: qui ad Balbum patrem Canusio id scripsit. ALBAE & ex Domitij cohortibus. ep. 12. lib. 8. CVRTIVM & Buium Curium nominat Caesar lib. 1. de bello ci. Curtum, Bessarianis liber. MINVCIAM & alij, Numicia placet, ex epistola Horatij 2. lib. 1. ABDAM & ne uideat Caesarem Brundisio redeuntem fugisse. RELICTVRVS; ut Caesari meo nomine diceretur, me ideo Arpinum iuisse, quod ibi Ciceroni meo togam puram dare uellem. ep. 20. lib. 5. HIC & Formijs. ep. 5. QVO & itionem ad Pompeium significat. QVA & quam maxime iter ἀπαρτυ-
τον, ep. 1. CVRTIVM & ad quem suae cohortes transferunt. ADSPICERE & tam grauem. QVOD alios & quasi dicat, multo minus alios Caesarianos. DVX urbem amamus & spe pacis ab hac ora Campana discedere nolui: quia sperabam fore, ut apud illum meae litterae, cohortationesq. ad pacem plus ualere-
rent, si me bellicis negotijs non admiscerem, ita mox Brundisium ad Pompeium proficisci non licuit, cum iter illud Caesar interclusisset. ep. 1. Et consules duo, & tribuni pl. & Duo, fortasse glossema fuit ante cedentis uerbi. aut legendum, ut homo eruditus existimat, Et duo tribuni pl. nam cum Caesare multo plures tribuni pl. ut ep. 7. l. 7. DICITVR & non uere: nam conscendit idibus Martijs: infra ep. 19. SEP-
TEMTRIONES & non secundi Graeciam petentibus. PRAECIDISSE & ne Caesar consequi posset. L. METELLO & is est, de quo plura ep. 4. l. 10. QVALI CVMQVE consilio uso, & etiam si non optimo consilio usus est neque in suscipiendo bello, neque in gerendo. Αισχυρὸν φαντασία; animo enim species quaedam turpitudinis occurrit. AVT consolatione & respexit ad Terentij uersiculum, Aut consolando, aut consilio, aut re iuuro. Quem integrum Cicero posuit in ep. x. lib. 7. fam. VT quidem scias & ut intelligas, quo loco sint Pompeij res: cum etiam Q. Titinij filius, amici nostri, qui bonum se ciuem esse praefert, cum Caesare sit. ep. 21. lib. 5. & 24. l. 9. Q. TITINII filium & Titinio quidem natum, sed adoptatum a Pontio, ut ep. ultima lib. ix. SED illum & quia, praeter propositum, interposuerat de Titinij filio, omissem reprehendit hac particula, Sed, ad connectendum apta, & usitata. illum, autem, Caesarem. GRATIAS agere, & quod mare non transferim. QVAM uellem & paeniter enim, quod remanserim. Non ualuisi & non enim licuit tibi per quartanam Roma discedere. Σβύτη δὲ ἑρχομένη; utroque nostrum, quid optimum factu cogitante. Homerus ix. VT populari, ut ea & nullam opem ferentibus antiquis libris, non audeo mutare, quod deprauatum esse intelligo. BELLVM crudele, & ex utraque parte, ideoq. nolebam interesse: non enim, Crudele, de uno Pompeio dictum. SVSCIPi a Pompeio & qui pacem uel iniquissima condicione probare debuit. CVM ijs & qui crudele bellum, & exitiosum gerent. exponit, cur se bellicis negotijs, ut alij, commiscere noluerit. IMP. & ob res in Gallia gestas. COMMODO & pro commode, ut Arcano pro arcane, & quae grammatici alia notarunt. GRATIASQ. agerem & quod adhuc ab armis abstinueris.

Cicero S. D. Attico. 7.

SCRIPSERAM ad te epistolam, quam darem u. id. sed eo dies is, cui dare uolueram, non est profectus. uenit autem eo ipso die ille celeripes, quem Saluius dixerat: attulit uberrimas tuas litteras; quae mihi quiddam, quo stare, instillarunt. recreatum enim me non queo dicere. sed plane τὸ σωτέον effecisti. ego enim non iam id ago, mihi crede, ut prosperos exitus consequar. sic enim uideo, nec, duobus his uiuis, nec, hoc uno, nos umquam remp. habituros. ita neque de otio nostro spero iam, nec ullam acerbitatem recuso. unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem, uel, dicam, iam effecissem. sic ergo habeto, saluares te mihi litteras misisse, neque solum has longiores, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius, sed etiam illas breuiore, in quibus hoc mihi iucundissimum fuit, consilium, factumq. nostrum ab Sexto probari. pergratumq. mihi tu fecisti; a quo diligi me, &, quid rectum

sit, intelligi, scio. Longior uero tua epistola non me solum, sed meos omnes aegritudine leuauit. itaque ut tuo consilio, & ero in Formiano: ne aut ad urbem ἀπαρτυτος mea animaduertatur; aut, si nec hic, nec illic eum uidero, deuitatum se a me putet. Quod autem suades, ut ab eo petam, ut mihi concedat, ut idem tribuam Pompeio, quod ipsi tribuerim, id me iam pridem agere intelliges ex litteris Balbi, & Oppij, quarum exempla tibi misi: nisi etiam Caesaris ad eos sana mente scriptas: quo modo in tanta insania? sin mihi Caesar hoc non concedat; uideo tibi illud placere, me πολὺν δὲ μα. de pace suscipere: in quo non extimesco periculum. cum enim tot impendant, cur non honestissimo depacisci uelim? sed uereor, ne Pompeio quid oneris imponam;

μή μοι γοργεῖνν κερφαλὴν δεινὸν πελάρου
intorqueat, mirandum enim in modum Cnaeus noster Sullani

Sullani regni similitudinem concupiuit. εὐδίας σοὶ λέγω, nihil, inquam, ille minus obscure tulit. Cum hoc ne agitur, inquis, esse vis? Beneficium sequor, mihi crede, non cassam, ut in Milone, utinam. sed hactenus. Causa igitur non bona est? in mo. optima: sed agitur (memento) foedissime. primum, consilium est, suffocare urbem, & Italiam fame: deinde, agros vastare, urere, pecunijs locupletum non abstinere, sed, cum eadem metum ab hac parte: si illinc beneficium non sit, rectius putem quiduis domi per peti: sed ita meruisse illum de me puto, ut ἀχαριστίας crimen subire non audeam: quamquam a te eius quoque rei iusta defensio est explicata. De triumpho tibi assentior, quem quidem totum facile, & libenter abiecero, egregie probo fore, ut, dum agamus, ὁ πλοῦς ὀρεῖται: obrepit: si modo, inquis, satis ille erit firmus, de isto licet bene speres. promitto tibi, si ualebit, tegulam illum in Italia nullam relinquiturum. te ne igitur socius contra mehercule meum iudicium, & contra omnium antiquorum auctoritatem: nec tam ut illa adiuuem, quam ut haec ne uideam, cupio discedere. noli enim putare tolerabiles horum insanias, nec uniusmodi fore. etsi quid te horum fugit, legibus, iudicij, senatu sublato, libidinos, audacias, sumptus, egestates tot egenissimorum hominum nec priuatas posse res, nec remp. sustinere? abeamus igitur qualibet nauigatione: etsi id quidem, ut tibi uidebitur: sed certe abeamus. scimus enim, id quod expectas, quid Brundisij actum sit. Bonis uiris quod ais probari, quae ad hoc fecerimus, sciriq. ab ijs non profectis: ualde gaudeo; si est nunc ullus gaudendi locus. De Lentulo inuestigabo diligentius: id mandauit Philotimo, homini forti, ac nimium optimati. Extremum est, ut tibi argumentum ad scribendum fortasse iam desit. nec enim alia de re nunc ulla scribi potest: & de hac quid iam amplius inueniri potest? sed, quoniam & ingenium suppeditat, (dico mehercule, ut sentio) & amor, quo & meum ingenium incitatur: perge, ut facis, & scribe, quantum potes. In Epirum quod me non inuitas, comitem non molestum: subira cor: sed uale. nam, ut tibi ambulandum, ungendum, sic mihi dormiendum. etenim litterae tuae mihi somnum attulerunt. Cenantibus pridie idus nobis, ac noctu quidem, Statius a te epistolam breuem attulit. De L. Torquato quid modo quaeris? non modo Lucius, sed etiam Aulus profectus est, alij multi. De Reatinorum corona, quod scribis; moleste fero, in agro Sabino sementem fieri proscriptionis. Senatores multos esse Romae, nos quoque audieramus. equid potes dicere, cur exierint? In his locis opinio est, comie tur: magis, quam nuncio, aut litteris, Caesarem Formijs ad xi. kal. Apr. fore. hic ego uellem habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentori, cui dicerem:

Μέντορ πῶς τ' ἀρίω, πῶς τ' ἀρ' ἀποσύρουμαι οὐτὶς?

nullam rem unquam difficiliorem cogitavi: sed cogito tamen; nec ero, ut in malis, imparatus. sed cura, ut ualeas. puto enim diem tuum beri fuisse. Caesar Oppio, Cornelio S. Gaudeo mehercule nos significare litteris, quam ualde probatis ea, quae apud Corfinium sunt gesta. consilio uestro utar libenter, & hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, ut quamle-

nissimum me praeberem; & Pompeium, darem operam, ut reconciliarem. tentemus, hoc modo si possumus omnium uoluntates recuperare, & diuturna uictoria uti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt, neque uictoriam diutius tenere, praeter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. haec noua sit ratio uincendi; ut misericordia, & liberalitate nos muniamus. id quemadmodum fieri possit, non nulla mihi in mentem ueniunt, & multa reperiri possunt. De his rebus, rogo uos, ut cogitationem suscipiatis. Cn. Magium, Pompey praefectum, deprehendi: scilicet meo instituo usus sum, & eum statim misum feci. iam duo praefecti fabrum Pompeij in mea potestate uenerunt, & a me missi sunt. si uolent grati esse, debent Pompeium hortari, ut malit mihi esse amicus, quam ijs, qui & illi, & mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificijs effectum est, ut res. in hunc statum peruenerit. Vale.

Balbus Ciceroni imp. S. Subito, postea quam litteras communes cum Oppio ad te dedi, ab Caesare epistolam accepi, cuius exemplum tibi misi; ex quibus perspicere poteris, quam cupiat concordiam, & Pompeium reconciliare, & quam remotus sit ab omni crudelitate: quod eum sentire, ut debeo, ualde gaudeo. De te, & tua fide, & pietate idem mehercule, mi Cicero, sentio, quod tu, non posse tuam famam & officium sustinere, ut contra eum arma feras, a quo tantum beneficium te accepisse praedices. Caesarem hoc idem probaturum, exploratum, pro singulari eius humanitate, habeo: cum nullam partem belli contra eum suscipias, neque socius eius aduersarijs fueris. atque hoc non solum in te, tali, & tanto uiro, satis habebit: sed etiam mihi ipse sua concessit bonitate, ne in ijs castris essem, quae contra Lentulum, aut Pompeium futura essent; quorum beneficia maxima haberem: sibiq. satis esse dixit, si rogatus urbana officia sibi praestitisset; quae etiam illi, si uellem, praestare possem. itaque nunc Romae omnia negotia Lentuli procuro, sustineo: meumq. officium, fidem, pietatem ijs praesto. sed mehercule rursus tam abiecta compositionis spem non desperatissimam esse puto: quoniam Caesar est ea mente, qua optare debemus. hac re mihi placet, si tibi uideatur, te ad eum scribere, & ab eo praesidium petere, ut peristi a Pompeio, me quidem ap probante, temporibus Milonianis. praestabo (si Caesarem bene noui) eum prius tuae dignitatis, quam suae utilitatis rationem habiturum. Haec quam prudenter tibi scribam, nescio: sed illud certe scio, me ab singulari amore, ac beneuolentia, quaecumque scribo, tibi scribere: quod te (ita, incolumi Caesare, moriar) tanti facio, ut paucos aequae ac te caros habeam. De hac re cum aliquid constitueris, uelim mihi scribas. nam non mediocriter laboro, ut utriusque, ut uis, tuam beneuolentiam praestare possis: quam mehercule te praestaturum confido. Fac ualeas.

Balbus, & Oppius S. D. M. Ciceroni. Nendum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum uirorum consilia ex euentu, non ex uoluntate, a plerisque probari solent: tamen freti tua humanitate, quod uerissimum nobis uidebitur, de eo, quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabiturus: quod si non fuerit prudens, at certe alij opti-

ma fide, & optimo animo proficiscetur. Nos, nisi id, quod nostro iudicio Caesarem facere oportere existimamus, ut, simul Romam uenerit, agat de reconciliatione gratiae suae, & Pompeij; id cum facturum, ex ipso cognouissimus, te hortari desineremus, ut uelles his rebus interesse, quo facilius, & maiore cum dignitate per te, qui utriusque es coniunctus, res tota conficeret: aut, si ex contrario putaremus, Caesarem id non facturum; & cum uelle cum Pompeio bellum gerere, sciremus; numquam tibi suaderemus, contra hominem optime de te meritum arma ferres; sicuti te semper orauimus, ne contra Caesarem pugnares. sed cum etiamnum, quid futurus Caesar sit, magis opinari, quam scire, possumus; non possumus nisi hoc, non uideri eam tuam esse dignitatem, neque fidem omnibus cognitam, ut contra alterutrum, cum utriusque summamente necessariis, arma ferres: & hoc, non dubitamus, quin Caesar pro sua humanitate maxime sit probaturus. nos tamen (si tibi uidebitur) ad Caesarem scribemus, ut nos certiores faciat, quid in hac re acturus sit. a quo si erit nobis rescriptum, statim, quae sentiemus, ad te scribemus; & tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quae nobis uidentur tuae dignitati, non Caesaris rationi, esse utilissima. & hoc Caesarem, pro sua indulgentia in suos, probaturum putamus. Vale.

EXPLANATIO

TO *αὐτῶν* } argumentum firmissimum ad meam mansionem defendendam. sic alij explanant, et Quintiliano, cap. ultimo, lib. III. sed potius uidetur sic explanandum: Effecisti, quod proximum erat, cum non posses recreare. **FACTVM nostrum** } mansionem. **SEXTO** } Peducaeo. **ANIMADVERTATVR** } quasi Caesari sponte occurrat. **NEC HIC, NEC ILLIC** } neque Formijs, neque ad urbem, qui scripserat Cicero, se Arpinum cogitare, ne redeuntem Brundisio Caesarem uideret. **VT IDEM TRIBUAM POMPEIO**, } ne Pompeium ulla re laedam, neque ad sim, cum in senatu contra illum agatur, ep. 6. **QUID ONERIS** } ne non ferat, uereor, bellum enim cupit, itaque mihi, de pace agenti, succenteret. **Μῦνον γένῃ** } ue acerbior in me fiat, uerba sunt Vlyssis apud Homerum *ὄδυσ. 2.*, in extremo. **VT IN MILONE** } cuius causam defendi, non quia iustam putarem, sed feci adductus beneficio. **VT IN** } fortasse dicturus fuit, **VT IN GABINIO**: quem cum odio prosequeretur, & nocentem putaret, rogatus tamē a Pompeio, de se optime merito, defendit, quo iudicio Gabinius condemnatus: quoniam causa non iusta, ut & Milonis. Dio lib. xxxix. Idq. significant illa in epistola ad Marium, fam. 1. lib. 7. Cogor non numquam homines, de me non optime meritos, rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere. **SI ILLINC BENEFICIUM NON SIT** } si Pompeio non debuero. **EIVS QUOQUE REI** } ἀχαριστίας, crimen me non posse subire, etiā si ad Pompeium non proficiscar. **ABIECERO** } ut intelligas me de eo minimum laborare, agemus tamen de eo obtinendo, interea, ut tu scribis, obrepet anni tempus, quo liceat nobis ad Pompeium uel in fero mari tuto nauigare, ep. 3. **SATIS ILLE ERIT FIRMS**. } nam alioqui, nauigandum ad eum sine spe uictoriae, non cenfes. **DE ISTO** } de hoc ipso, de uiribus Pompeij, quod ad hanc partem attinet, uide, inquit, quid sperare possis, promitto tibi, si firmus erit, regulam &c. **ANTIQUORVM** } Philippi, Flacci, Scaeuolae, ep. 3. l. 8. **ABEAMVS IGTUR INDE** } uerbum, Inde, a libro Bessarionis abest, & opinor, recte abest. **ID QUIDEM** } qua navigatione abeamus. **NON PROFECTIS** } malim, Non profectos, hoc sensu, Sciunt te non profectum ad Pompeium, & tamen probant quae adhuc fecisti. **NIMIVM OPTIMATI** } Pompeij partium studiose, & saepe pro Pompeio mentienti, nec sine ironia dictum de liberto. **SYPPEDITAT** } tibi. **ET MEVM** } quod tardius est, quam tuum. **AMBVLANDVM, UNGENDVM** } quae laborantibus, quartana praecipiuuntur a medicis. **SOMINVM ATTULERUNT** } curis adēptum, ep. 7. **AULVS** } Torquatus. **PROFECTVS** } ad Pompeium. **REATINORVM CORONA** } dolet Sabinos in circulis ac coronis iacere sermones de proscriptione, quam forsitan non cogitet Caesar, cum adhuc clementiam in uictos ostenderit. **EXIERINT**, } obuiam Caesari, Brundisio redeunt. **CVI DICEREM** } quam rogarem, quo modo redeuntem Brundisio Caesarem exciperem, & amplexarer: sicuti rogat eam, facie Mentori simulatā, Telemachus Vlyssis filius. **DIEM Iuum** } quartanae. **RELIQVI** } Marius, & Cinna. **VALE** } scriberem, Valet; cum ad duos mittatur epistola. **SVE POSTEA QUAM** } aut antiquus est loquendi modus, exemplo mihi parum cognitus: aut legendum, S. V. B. quod est: Si uales, bene, uide epist. 29. l. 7. fam. **EX QUIBUS** } *σολοικισμός*. nam, EA quibus, refertur ad epistolam, credo, cum & litteras, & epistolam Balbus nominasset, eadem diuersorum nominum significatione deceptum, illud, Ex quibus, ut de litteris, non ut de epistola, protulisse. **PIETATE** } usurpatur erga eos, qui magnum beneficium dederunt, ut hic et ga Pompeium. **LENTVLVM** } consulem, ep. 15. lib. 8. **HABEREM** } Lentali, cuius beneficio ciuitatis donauerat. a Pompeio quidem ciuitate donatus; a Cornelio autem, huius anni consule, Corneliorum nomine: quod indicat Lucij commune praenomen, uide pro Balbo. **MILONIANIS** } cum reum Milonem in iudicio defendisti. **PRVDENTER** } iudicio falli possum, uide sequentem epistolam. **PRAESTATVRVM** } si contra neutrum arma tuleris. **HVMILIVM** } neuter enim eorum honores gesserat, & Balus Gadibus natus, Oppius obscurae gentis. **DIGNITATE** } intercedente uiro consulari, & optime de rep. merito. **FIDEM** } in tuendis amicitijs,

Cicero S. D. Attico 8.

RES epistolas tuas accepi postridie iduum ;
 erant autem IV. III. prid. id. datae : igitur
 antiquissimae cuique primum respondebo. As-
 sentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer. Et
 iam de supero mari plaboque, ut antea ad te scripsi,
 * & quoniam modo possem uoluntate eius nullam reip.
 partem attingere. Quod laudas, quia obliuisci me
 scripsi ante facta, & dicta nostri amici : ego uero
 ita facio : quin ea ipsa, quae a te commemorantur,
 secus ab eo in me ipsum facta esse, non memini : tan-
 * plus apud me ualere beneficii gratiam, quam in-
 iuriarum dolorem, uolo. faciamus igitur, ut censes,
 colligamusque nos : festiuo enim simili urus decurro,
 * atque cursu. Otiosus meas commentari non desino :
 sed sunt quaedam earum perdifficiles ad iudican-
 dam. De optimatibus, si sane ita, ut uis : sed
 nostri illud, Διογενὲς ἐκ Κοπίθου. Titiny filius apud
 Caesarem est. Quod autem quasi uereri uideris, ut
 mihi tua consilia displiceant : me uero nihil delectat
 aliud, nisi consilium, & litterae tuae. quare fac,
 ut ostendis, ne destiteris ad me, quod quid tibi in
 mentem uenerit, scribere. mihi nihil potest esse gra-
 tius. Venio ad alteram nunc epistolam.

Recte non credis de numero militum. ipso dimidio
 plus scripsit Clodia. falsum etiam de corruptis na-
 uibus. Quod consules laudas ; ego quoque animum
 laudo, consilium reprehendo. discessu enim illorum
 actio de pace sublata est : quam quidem ego medita-
 bar : itaque postea Demetrii librum de concordia ti-
 bi remisisti, & Philotimo dedi. nec uero dubito, quin
 exitus bellum impendeat, cuius initium ducetur a
 fame. & me tamen doleo non interesse huic bello ; in
 quo tanta uis sceleris futura est, ut, cum parentes
 non alere nefarium sit, nostri principes antiquissi-
 mam, & sanctissimam parentem patriam fame nec-
 eandam putent. atque hoc non opinione timeo, sed
 intersui sermonibus. omnis haec olassis Alexandria,
 Colchis, Tyro, Sidone, Andro, Cypro, Pamphy-
 lia, Licia, Rhodo, Chio, Byzantio, Lesbo, Smyrna,
 Mileto, Co, ad intercludendos comaeatus Italiae,
 & ad occupandas frumentarias prouincias compara-
 tur. at quam uenit iratus, & is quidem maxime,
 qui eam maxime saluam uolebant, quasi relictus ab
 is, quos reliquit. itaque mihi dubitanti, quid me fa-
 cere par sit, permagnum pondus affert beneuolentia
 erga illum ; qua dempto : perire melius esset in patria,
 quam patriam seruando euerere. De Septemtrio-
 ne, plane ita est. metuo, ne uexetur Epirus. sed quem
 tu locum Graeciae non direptum iri putas? praedicat
 enim palam, & militibus ostendit, se largitione ipsa
 superiorem, quam hunc, fore. illud me praecclare
 admones, cum illum uidero, ne nimis indulgenter, &
 ut cum grauitate potius loquar. plane sic faciendum.
 Carpinum, cum eum conuenero, cogito ; ne forte aut ab-
 sim, cum ueniet, aut cursem huc illuc uia deterrima. Bi-

bulum, ut scribis, audio uenisse, & redisse prid. id. Phi-
 lotimum, ut ais epistola tertia, exspectabas : at ille idi-
 bus a me profectus est. eo serius ad tuam illam episto-
 lam, cui ego statim rescripseram, redditae sunt meae
 litterae. De Domitio, ut scribis, ita opinor esse, ut &
 in Cossano sit, & consilium eius ignoretur. Iste om-
 nium turpissimus, & sordidissimus, qui consularia com-
 mitia a praetore ait haberi posse, est idem, qui sem-
 per in rep. fuit. itaque nimirum hoc illud est, quod
 Caesar scribit in ea epistola, cuius exemplum ad te
 misi, se uelle uti consilio meo : age, esto hoc commu-
 ne : gratia : ineptum id quidem : sed puto, hoc simu-
 lat ad quasdam senatorum sententias : dignitate,
 fortasse sententia consularis. illud extremum est,
 ope omnium rerum. id, ego suspicari coepi tum
 ex tuis litteris, aut hoc ipsum esse, aut non multo se-
 cius. nam permagni eius interest, rem ad interregnum
 non uenire. id assequitur, si per praetorem consules
 creatur. nos autem in libris habemus, non modo consu-
 les a praetoribus, sed ne praetores quidem creati ius es-
 se, idque factum esse numquam : consules, eo non esse ius,
 quod maius imperium a minore rogari non sit ius : praet-
 ores autem, cum ita rogentur, ut collegae consulum
 sint, quorum est maius imperium. aberit non longe, quin
 hoc a me decerni uelit, neque sit contentus Galba, Scaeu-
 uola, Cassio, Antonio.

—τότε μοι χάρις ἂν ποῖα χέσθῃ.

sed quanta tempestas impendeat, uides. Qui transe-
 rint senatores, scribam ad te, cum certum habebo.
 De re frumentaria recte intelligis ; quae nullo modo ad
 ministrari sine uectigalibus potest : nec sine caussa. Et
 eos, qui circum illum sunt, omnia postulant, & bel-
 lum nefarium times. Trebatium nostrum, et si, ut scri-
 bis, nihil bene sperat, tamen uidere sane uelim. quem
 fac horreris, ut properet. opportune enim ad me an-
 te aduentum Caesaris uenerit. De Lanuino, statim, ut
 audiui Phamaem mortuum, optaui, si modo esset futu-
 ra resp. ut id aliquis emerget meorum : neque tamen
 ad te, qui maxime meus, cogitavi. sciebam enim, de
 quoto anno, & quantum in solo, solere quaerere : ne-
 que solum Romae, sed etiam Deli tuum digamma ui-
 * deram. uerum tamen ego illud, quamquam est bel-
 lum, minoris aestimo, quam aestimabatur Marcello
 consule ; cum ego istos hortulos propter domum, An-
 tij quam tum habebam, iucundiores mihi fore puta-
 bam, & minore impensa, quam si Tusculanum re-
 fecissem. uolui HS Q. egi per praedem, illi daret,
 Antij cum haberet ue nale : noluit. sed nunc omnia
 ista tacere puto propter nummorum caritatem. mihi
 quidem erit aptissimum, uel nobis potius, si tu eme-
 ris. sed eius dementias caue contemnas. ualde est
 uenustum. quamquam mihi ista omnia iam addicta
 uasitati uidentur. Respondi epistolis tuis : sed ex-
 specto tuas. nam me adhuc tuae litterae sustenta-
 runt. Dat. Liberalibus.

EXPLANATIO

PLABOQ. ꝛ sic & Bessarionis, & Cavalcantis uetera exemplaria. manifestum mendum. sententia tamē
 haec uidetur; se iam supero mari transiſſionem abijcere, & cogitare mansionem in Italia, dū com-
 modius anni tempus adueniat, quo liceat infero mari nauigare; modo interea possit concessu Caesaris
 nullam reip. partem attingere, ac uidetur totum hoc ita restitui posse: Assentio tibi, ut in Formiano po-
 tissimum commorer, etiam de supero mari. Balboque, ut antea ed te scripsi, eequonam modo, &c. nam
 duabus superioribus epistolis nihil aliud agit Balbus, nisi ut ostendat Ciceroni quaerenti, quo modo
 possit Caesari satisfacere. **FACTA & dicta** quae Pompeius olim in nos fecit, & dixit. Delicta. tamen ue-
 teres libri. **ME ipsum** ꝛ ita de illo bene meritum. **SIMILIURUS** ꝛ Cavalcantis liber sic, sic & Bessarionis,
 incerta coniectura si coner corrigere, quis praestabit non magis deprauari? Antiquus liber Vrbinatis bi-
 bliothecae: Festino enim similitimus decurro: at quo cursu? **COMMENTARI** ꝛ meditari. cogitatione exqui-
 rere. ep. 4. **SIT sane ita ut uis** ꝛ eos probare, quae adhuc fecerim: quod uereor ut ita sit. **NOſTI illud** ꝛ
 quod de summis uiris solet usurpari, cum post magnarum rerum actiones in otium se conferunt: usur-
 patur autem hoc: *Διονυσίου ἐν Σαπυθῶν*: id est, & Dionysius, Syracusarum regno pulsus, Corinthi ludum
 aperuit, hoc & de me usurpabitur; qui nullam belli partem suscipiens, quasi omiſſa reip. cura otiosus
θεῶν commentetur. **APVD Caesarem est** ꝛ cum indignatione hoc adscripsit, quod ex eo loco licet con-
 ijcere ep. 6. **MILITVM** ꝛ qui cum Pompeio transferunt ep. 6. **LAVDAS** ꝛ quia mare transferunt. **IRATVS** ꝛ
 Pompeius. **IS quidem maxime** ꝛ pacis auctoribus: qui pacē ideo sua debant, quia patriam maxime
 saluam uellent, cui exitiosum fore bellum uidebant, at Pompeius, qui mirandum in modum Sullani
 regni similitudinem concupiuit, belli cupidus, ijs, qui pacem suaserant, id est nobis, ueniet iratus. ep. 7.
EAM saluam ꝛ patriam, antiquissimam & sanctissimam parentem. **SERVANDO euertere** ꝛ seruari enim, &
 uindicta a tyrannide non potest sine clade, interitūq. ciuium. **DE septemtrione** ꝛ de regionibus, Septem-
 trioni subiectis: in quibus Pompeius bellum contra Caesarem parabit, **EPITVS** ꝛ tua, quo transire cogi-
 tabat. ep. 1. **LARGITIONE ipsa** ꝛ ea ipsa, qua Caesar ad incitandos milites utitur. **CVM illum uidero** ꝛ Caesarem
 Brundisio redeuntem. ep. 7. **NE forte aut abſim** ꝛ Arpinum, antequam eum conueniam, non cogi-
 to: ne aut abſim illo redeunte; aut, ut redeunti occurram, huc illac uia difficillima cursem. alterutrum
 enim necesse est. **VENISSE** ꝛ ad Pompeium, e Syria, in qua fuerat proconsul. **CONSILIVM eius** ꝛ utrum in
 Italia mansurus sit, an ad Pompeium iturus. ep. 1. **ISTE** ꝛ consules aberant Lentulus, & Marcellus. ageba-
 tur ergo, quis haberet comitia designandis in proximum annum consulibus. **ISTE** ꝛ si exstaret Attici epi-
 stola, nomen haud ignoraremus. **COMMUNE** ꝛ hoc ne consideremus; quoniam potest esse dictum nō pro-
 prie de consularibus comitijs, sed cōiter de omnibus reb. **INEPTVM** ꝛ Caesarem, cuius in potestate omnia
 sint, mea gratia uti uelle. **SENTENTIA consularis** ꝛ quod a me, uiro cōsulari, quae in senatu agentur, cu-
 piat approbari. **TVM ex tuis litteris** ꝛ quibus respondebas ad meas, de uerbo, Ope, quaerentes. distingue
 a, Coepi, uerbo antecedenti: ut dicat, & ipsum per se suspicatum, & ex Attici litteris. **Hoc ipsum esse** ꝛ in
 hoc ope mea uti uelle, ut decernam de comitijs consularibus, a praetore habendis. **NON multo secus** ꝛ aut
 hoc ipsum esse; aut aliquid huiusmodi. **REM ad interregnum non uenire** ꝛ interregem non creari, qui comi-
 tia habeat nouis consulibus designandis, cum eius anni consules abessent, Lentulus, & Marcellus, de in-
 terrege autem dicemus in libro de Magistratibus. sed quoniam, interrege creato, pertinebat ad eum con-
 sulum designatio, consul uero Caesar fieri cupiebat, incertus de uoluntate interregis, rem ad interre-
 gnum uenire noluisse: haberi a praetore, quem sciret sui studiosum, consularia comitia malebat. quod
 cū fieri non posse comperisset, alia rōne, quod uolebat, consecutus est. dictator. n. a M. Lepido praetore
 dictus, comitia ipse habuit consularia, & consul factus est cum P. Seruilio Maurici filio. de bello ci. lib. 3.
LIBRIS ꝛ nostris auguralibus. **ROGARI** ꝛ creari: unde comitia consulibus, rogandis lib. primo. de diuinatione:
 & populum rogare magistratum dicebatur is qui comitia habebat, id est populum rogare, ut suis
 suffragijs eum magistratum crearet, cuius magistratus caussa comitia haberentur. & legimus in Lilio
 lib. 6. factum esse S. C. ut duos uiros aediles ex patribus dictator populum rogaret. **VT collegae consulum**
 sint: si enim creantur praetores, ut collegae consulum sint, creari a praetore non possunt. non enim col-
 legae consulum dicerentur, creati ab eo, cuius imperium consulari imperio minus est, ideoq. a consule
 creantur. Gellius lib. 13. c. 14. **Hoc a me decerni** ꝛ ut ego in senatu mea sententia decernam, consularia
 comitia a praetore haberi licere. **A ME** ꝛ augure, & consulari: quod contentus non sit Galba, Scaeuola,
 Cassio, Antonio decernentibus; quamquam & hi augures sint, erant autem omnes xv. amplificatole-
 ge Sullae dictatoris collegio; cum antea ix. omnino essent, qua de re alio loco plenius agetur. **Tē
 ui & c.** ꝛ subaudi, cum a me decerneretur. **Homerus** *id. θ.* **TRANSIERINT** ꝛ cum Pompeio. **OMNIA pos-
 sidentes**, ꝛ in uictoria non modo Caesarianorum bona, sed omnium, qui in Italia remanserunt: ut
 ibi non sine causa timeas. **VIDERE sane uelim** ꝛ etſi scribis, ex eius sermone spem pacis esse nullam. **OR-
 PORTVNE** ꝛ quia fortasse me consilijs instruet ad Caesaris congressum opportunis, cum Caesari maxi-
 me sit amicus. ep. 20. & 21. **LAVINO**, ꝛ fundo. **PHAMEAM** ꝛ eius fundi dominum. ep. 17. **SCIEBAM enim**
 & c. ꝛ sciebam te uoluptuarias possessiones non emere, qui soleres quaerere, ager a te emptus quot anno-
 rum spatio tantum tibi redderet, quantum in solo, i. in eius empione, posuisses. uidetur corrigendū, &
 distinguendū, hoc modo: Sciebam enim, te, quoto anno, & quantū in solo, solere quaerere. **DELICIVM**
 digamma ꝛ

digamma fundum, qui tibi est in delicijs, ea figura, qua est *Digamma*, qualem Aegypti fuisse, traditur, *digamma* autem est F. Latinum, factum ex duobus Γ Graecis. *ILLVD* & Lanuinum. *VOLVI H.S.Q.* uolui festertiorum nummorum quingentis millibus emere. *ILLI daret* } ut Phamea Lanuinum daret non mihi, quem fortasse minus bonum nomen putaret ob recentes mearum fortunarum ruinas, (restitutus enim ab exsilio fuerat anno proximo ante Marcellini consulatum) sed praedi, qui H.S. Q. M. se daturum sponderet. *CVM haberet* } cum Phamea Lanuinum Antij proscripsisset. *IACERE* } sic pro Q. Roscio iacere dixit praedia praediorum. *DEMENTIAS* } insanos sumptus in Lanuino exornando a Phamea possessore factos. sic Insanas substructiones in oratione pro Milone in fundo P. Clodij. *VASTITATI* } quae impendit uniuersae Italiae. ep. 7. *LIBERALIBVS* } ex hac epistola, Pompeium profectum esse, constat, quo modo igitur dicit Plutarchus, cum profectum esse Liberalibus? nimirum errare potuit, homo enim fuit, nec alibi non errauit.

Cicero S. D. Attico. 9.

Nihil habebam, quod scriberem: neque enim noui quidquam audieram: & ad tuas omnes rescripseram pridie: sed, cum me aegritudo non solum somno priuaret, uerum ue uigilare quidem sine summo dolore pateretur; tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, hoc nescio quid, nullo argumento, proposito, scribere institui. Amens mihi fuisse uideor a principio, & me una haec res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, uel potius ruentem Pompeium, tamquam unius manipularis secutus sim. uidi hominem. *xiv. Kal. Febr. plenum formidinis. illo ipso die sensi, quid ageret, nunquam mihi postea placuit: nec umquam aliud in alio peccare destitit. nihil interim ad me scribere, nihil nisi fugam cogitare. quid quaeris? sicut in τολμηροῖς alienantur immūdae, insulsa, indecorae: su me illius fugae, negligentiaeque deformatas auerit ab amore. nihil enim dignum faciebat, quare eius fugae comitem me adiungerem. nunc emergit amor: nunc desiderium ferre non possum: nunc mihi nihil libri, nihil litterae, nihil doctrina prodest. itaque dies & noctes, tamquam auis illa, mare prospecto, euolare cupio. do, do poenas temeritatis meae. etsi quae fuit illa temeritas? quid feci non consideratissime? si enim nihil praeter fugam quaereretur; fugissem libentissime: sed genus belli crudelissimi, & maximi, quod, non dum uident homines, quale futurum sit, perhorruui. quae minae municipijs? quae nominatim uiris bonis? quae denique omnibus, qui remansissent? quam crebro illud? Sulla potuit; ego non potero? mihi autem haeserunt illa. Male Tarquinius, qui Porphenam, qui Octauium Mamiliam contra patriam: impie Coriolanus, qui auxilium petijt a Volscis: recte Themistocles, qui mori maluit: nefarius Hippas, Pistrati filius, qui in Marathonica pugna cecidit, arma contra patriam ferens. At Sulla, at Marius, at Cinna recte, immo iure fortasse: sed quid eorum uictoria crudelius? quid funestius? huius belli genus fugi, & eo magis, quod crudeliora etiam cogitari, & parari uidebam, me, quem non nulli conservatorem istius urbis, quem parentem esse dixerunt, Getarū, & Armeniorum, & Colchorum copias ad eam adducere? me meis ciuibus sanem, uasitatem inferre. Italiae? hunc primum mortalem esse, deinde etiam multis modis posse extinguī cogitabam: urbem autem, & populum nostrum seruandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam. & tamen spes quaedam me obtinebat, fore, ut aliquid conueniret potius, quam aut hic tantum scelers, aut ille tantum flagitij admit-*

teret. alia res nunc tota est, alia mea. Sol, ut est in tua quadam epistola, excidisse mihi e mundo uidetur. ut aegrotum, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quo ad Pompeius in Italia fuit, sperare non destitui. haec me fefellerunt; & ut uerum loquar, aetas auiam a diuturnis laboribus deuexa ad otium, domesticarum me rerum delectatione molliuit: nunc siue periculo experiendum erit, experiar certe, ut hinc auolem. ante oportuit fortasse: sed ea, quae scripsisti, me tardarunt, & auctoritas maxime tua. nam cum ad hunc locum uenissem, & uolui uolumen epistolarum tuarum, quod ego sub signo habeo, seruoque diligentissime. erat igitur in ea, quam *x. kal. Febr. dederas, hoc modo. SED uideamus, & Cnaeus quid agat, & illius rationes quorsum fluant. quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino male, & ut ego existimo, ἀλογιστος; sed tum demum consilia nostra commutanda erunt. Hoc scribis post diem quartum, quam ab urbe discessimus, deinde *viii. kal. Febr. TANTUM MODO Cnaeus noster ne, ut urbē ἀλογιστος reliquit, sic Italiam relinquat. Eodem die duas alteras litteras, quibus mihi consulenti planissime respondes: est enim sic. SED uenio ad consultationem tuam. si Cnaeus Italia cedit, in urbem redeundum puto. qui enim finis peregrinationis? hoc mihi plane haesit: & nunc ita uideo, infinitum bellum iunctum miserima fuga; quam tu peregrinationem ὑπεροπίζεις. Sequitur *ἡγουστος* *v. kal. Febr. EGO, si Pompeius manet in Italia, nec res ad partem uenit, longius bellum puto fore: sin Italiam relinquit, ad posterum bellum ἀποροδοῖς* Strui existimo. Huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor; quod & ἀποροδοῖς, & cum ciuibus. Deinde *vi. id. Febr. cum iam plura audires de Pompeij consilio, concludis epistolam quandam hoc modo. EGO quidem tibi non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. summo enim periculo facies, nec recipi proderis, cui quidem posterius poteris prodesse, si manseris. Quem quid παρῆν, ac πολιτικῶν* hominis prudentis, & amici tali admonitu nō moueret auctoritas? Deinceps *vii. id. Febr. iterum mihi respondes consulenti, sic. Quid quaeris a me, fugam ne fidam, an moram deferendam utiliore putem: ego uero in praesentia subitum discessum, & praecipitem profectioem cum tibi, tum ipsi Cnaeo inuilem, & periculosam puto: & satius esse existimo, uos disperitos, & in speculis esse: sed mediisfidus turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Cnaeus noster biennio ante cogitauit: ita sullaturit animus eius, & proscripserit diu. Inde, ut opinor,***

opinor, cum tu ad me quaedam *ἡλικώτερον* scripsisses, & ego mihi a te quaedam significari putassem, ut Italia cederem; detestaris hoc diligenter xi. Kal. Mart. EGO uero nulla epistola significavi, si Cnaeus Italia cederet, ut tu una cederes: aut, si significavi, non dico fui inconflans, sed demens. In eadem epistola alio loco. NIHIL relinquitur, nisi fuga: cui te socium neququam puto esse oportere, nec umquam putari: Totam autem hanc deliberationem euoluisti accuratius in litteris vii. Kalen. Mart. datis. si M. Lepidus, & L. Volcatius remanent, manendum puto, ita, ut, si saluus sit Pompeius, & confiterit alicubi, hanc *ἡλικώτερον* relinquant; & te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea, quae perspicitur futura, colluue regnare. Multa disputas huic sententiae conuenientia. inde ad extremum. Quid si, inquis, Lepidus, & Volcatius discedunt? plane *ἀπορῶ*, quod euenerit igitur, & quod egeris, id *ἡλικώτερον* putabo. Si tum dubitares, nunc certe non dubitares, istis manentibus. Deinde in ipsa fuga v. Kal. Mart. INTEREA non dubito, quin in Formiano mansurus sis. commodissime enim *ἡλικώτερον* tibi *ἡλικώτερον* est. Ad Kal. Mart. cum ille quintum iam diem Brundisij esset. TUM poterimus deliberare, non scilicet integrare, sed certe minus infraacta, quam si una proieceris te. Deinde xv. non. Mart. *ἡλικώτερον* cum breuiter scriberes, tamen ponis hoc. CRAS scribam plura, & ad omnia: hoc tamen dicam, non paenitere me consilij de tua mansione: & quamquam magna sollicitudine, tamen, quia minus mali puto esse, quam in illa professione, maneo in sententia, & gaudeo te mansisse. Cum uero iam angerer, & timerem; ne quid a me dedecoris esset admissum; vii. non. Mart. TAMEN, te non esse una cum Pompeio, non sero moleste, postea, si opus fuerit, non erit difficile: & illi, quoquo tempore fiet, erit *ἡλικώτερον*. sed hoc ita dico: si hic, qua ratione inuicem feci, eadem cetera aget, sincere, temperate, prudenter, ualde uidero, & consideratius utilitatis nostrae consulero. vii. id. Mart. scribis, Peducaeo quoque nostro probari, quod quierim: cuius auctoritas multum apud me ualeat. His ego tuis scriptis me consolor, ut nihil a me adhuc delictum putem, tu modo auctoritatem tuam deservito aduersus me nihil opus esse, conscius ego, alijs, ego, si nihil peccanti, reliqua tuebor ad ea tute hortare, & me omnino tua cogitatione adiuna. Hic nihil dum de re ditu Caesaris audiebatur. Ego his litteris hoc tamen profeci, perlegi omnes tuas, & in eo acquieui. Lentulum nostrum scis Puteolis esse? quod cum e uiatore quodam esset auditum, qui se diceret, eum in Appia, cum is paululum lecticam aperuisset, cognosse, & si uix ueris simile, nisi tamen Puteolos pueros, qui peruestigarent, & ad eum litteras inuentus est uix, in hortis suis se occultans: litteras q. mihi remisit, mirifice gratias agens Caesari: de suo autem consilio C. Caecio mandata ad me dedisse. eum ego hodie *ἡλικώτερον* habam, id est xv. kalen. Apr. Venit etiam ad me Matius Quinquatribus, homo mehercule, ut mihi uisus est, temperatus, & prudens: existimatus quidem est semper auctor otij. quam ille haec non probare mihi quidem uisus est, quam illam *ἡλικώτερον* ut tu appellas, timere. huic ego in multo sermone epistolam ad me Caesaris ostendi, eam, cuius exemplum ad te antea misi: rogantique, ut interpretaretur, quid esset, quod ille scriberet, consilio meo se uti uelle, gratia, dignitate, ope rerum omnium. respondit, se

non dubitare, quin & opem, & gratiam meam ille ad pacificationem quaereret. ut inam aliquod in hac miseria reip. *πολιτικόν* opus efficere, & nauare mihi liceat, Matius quidem & illum in ea sententia esse cōsidebat, & se auctorem fore pollicebatur. Pridie autem apud me Crasipes fuerat, qui se pridie non. Mart. Brundisio profectum, atque ibi Pompeium reliquisse dicebat: quod etiam, qui vii. id. illuc profecti erant, nunciabant: illa uero omnes, in quibus etiam Crasipes, qui prudentia potuit attendere, sermones minaces, inimicos optimatum, municipiorum hostes, meras proscriptiones, meros Sullas: quae Lucceium loqui, quae totam Graeciam, quae uero Theophanem, & tamen omnis spes salutis in illis est: & ego excubo animo, nec partem ulla capio quietis: & ut has pestes effugiam, cum dissimilim nostris esse cupio. quid enim tu illic Scipionis, quid Faustum, quid Libonem praetermissurum sceleris putas? quorum creditores conuenire dicuntur, quid eos autem, cum uicerint, in ciues effecturos? quem uero putas *ἡλικώτερον* Cnaei nostri esse & nunciare? Aegyptum, & Arabiam & ad uia cogitare, Hispaniam abiecisse, monstra narrare: quae falsa esse possunt: sed certe & haec perditia sunt, & illa non salutaria. Tuas litteras iam desidero. post fugam nostram numquam tantum earum interuallum fuit. Misi ad te exemplum litterarum mearum ad Caesarem, quibus me aliquid profecturum puto. Vale. Cicero imp. S. D. Caesari imp. Ut legi tuas litteras, quas ab Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem; te uelle uti consilio, & dignitate mea: minus sum admiratus: de gratia, & de ope quid significares; mecum ipse quaerebam: sed tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili, ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia ciuium agi uelle arbirarer: & ad eam rationem existimabam satis aptam esse. & naturam, & per personam meam. quod si ita est; & si qua de Pompeio nostro tuendo, & tibi, ac reip. reconciliando cura te attingit: magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam profecto reperies neminem: qui & illi semper, & senatui, cum primum potui, pacis auctor fui; nec, sumptis armis, belli ullam partem attingi; iudicavi q. te eo bello uiolari, contra cuius honorem, populi R. beneficio concessum, inimici, atque inuidi niterentur. sed ut eo tempore non modo ipse auctor dignitatis tuae fui, uerum etiam ceteris auctor ad te adiuuandum: sic me nunc Pompeij dignitas uehementer mouet. aliquot n. sunt amici, cum uos duos delegi, quos praecipue colerem, & quibus essem, sicut sum, amicitissimus. Quamobrem a te peto, uel potius precibus omnibus oro, & obsecro, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, ut tuo beneficio bonus uir, gratus, pius denique esse in maximi beneficij memoria possim. quae si tantum ad me ipsum pertinerent, sperarem me a te tamen impetraturum: sed, ut arbiror, & ad tuam fidem, & ad remp. pertinet, me & pacis, & utriusque uestri, & ad ciuium concordiam, per te, quam accommodatissimum, conseruari. Ego, cum antea tibi de Lentulo gratias egissem, cum ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses; tamen, eius litteris lectis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate, beneficioq. misit, eandem me salutem a te accepisse putavi, quam ille in quem si me intelligis esse gratum; cura, obsecro, ut etiam in Pompeium esse possim. Vale.

EXPLA-

EXPLANATIO

AEGRITUDO ꝛ aegrotatio corporis, aegritudo animi. sic Cicero utramque definit Tusc. 3. **Ad me scribere**, ꝛ locum correxi ex antiquo lib. Alberti Ferri, cum antea, Scire, mendose legeretur.

ep. 2. ALIENANTVR ꝛ homines. **IMMUNDÆ** ꝛ maliæ. sic, Alienum caussæ, dixit in oratione pro Caecina. **AVIS illa**, ꝛ de qua scis a Platone scribi in epistola ad Dionis propinquos, cum se a Dionysij tyranni custodibus obseruatum, ne hortò regiae domui coniuncto egredi posset, extra spectare, tamquam autem e cauea, dicit. **MARE** ꝛ ut ad Pompeium nauigem. **HAESERVNT illa**, ꝛ Pompeius saepe illud usurpabat, Sulla regnum armis peperit, ego non potero ꝛ mihi autem potius illud in animo fixum haeret, male fecisse Tarquinium, ultimum Romanorum regem, impie Coriolanum, qui contra patriam arma tulerit. **LIUIAS**. **THEMISTOCLES** ꝛ ab ingratis ciuibus patria pulsus. **MALVIT** ꝛ quam patriæ suæ bellum inferre, de claris oratoribus. **PATRIAM** ꝛ Athenas. Iustinus lib. 11. **IURE**, ꝛ cum caussa, non tamen recte. nemo enim recte contra patriam arma fert. iure autem quò modo? ut patriam manibus perditorum ciuium eriperent; quam tamen ereptam ipsi oppresserunt. ita nec recte, ex euetu. **HVNC** ꝛ Pompeium, quem adductus beneficio sequeretur. **ALIQUID conueniret** ꝛ aliqua ratione res componeretur. **HVNC** ꝛ Caesarem, de quo saepe, ut propinquo, (nam Pompeius longe aberat) hoc pronomen usurpat. cur, inquit, Caesarem ita perdere cupiamus, ut simul cum eo urbem, & populum nostrum extinguimus? **SCELERIS** ꝛ sceleratus Caesar, flagitiosus Pompeius, qui suis ciuibus famem, ac uastitatem inferre cogitet, qui patriæ seruitutem molitur. **SPERARE** ꝛ ut aliquid conueniret. uel, de caussa nostra. **RES nunc tota** ꝛ neque enim uideo, quod tum sperabam, posse eos ad concordiam reduci. **ALIA mea** ꝛ pace enim desperata, nouum consilium intelligo mihi esse capiendum. **EXCIPISSSE enim** ꝛ miratus sum, Pompeio Italiam relinquente, non secus, ac si fol e caelo excidisset. **MOLLIUIT** ꝛ ideoq. otium amans, labores, & incommoda fugiens, nullam adhuc belli partem suscepi. **DE VEXA** ꝛ declius, usitata uox. **SIVE periculo** ꝛ Bessarionis liber, sine periculo, placeret, si uel periculo, uel contra, si sine periculo. **genius** ꝛ oraculum, quia, tamquam Apollo, futura praedixisti. **Ad posterum** ꝛ in futurum, in posterum. **DE Pompeij consilio** ꝛ Pompeium de relinquenda Italia cogitare. **DESERENDAM** ꝛ. Bessarionis, & Caualcantis scripti libri, Defendam, quid si hoc ita corrigatur? Fugam ne foedam, an mora desidem. **TYRPE nobis** ꝛ rectius duco, Vobis. **DETECTARIS hoc** ꝛ discessum ex Italia. **INCONSTANS** ꝛ cum ante scripserim, ut Italia non cederes. **MANENDVM puto** ꝛ dum audias Pompeium alicuius constituisse. **HANC uexa** ꝛ flagitiosum Caesaris comitatum: quem appellat *uexa*, quod ad Caesarem egentissimus, & perditissimus quisque ita confluxerat, ut ad Ulyssim, cum ad inferos descendisset. *uexa*, idest moriorum turbam, confluxisse, scribit Homerus. ep. 14. & 23. **Απορω** ꝛ dubius sum, quid te facere oportet. **DVBITARES** ꝛ Attice. **NON dubitas** ꝛ mihi esse manendum in Italia istis manentibus. **IN ipsa fuga** ꝛ cum Pompeius Brundisium fugeret. **TVM poterimus deliberare** ꝛ cum sciemus, quid Brundisij actum sit. **NON scilicet integrare** ꝛ animum enim Pompeij suboffendit haec mora. sed hoc tamen consilio rectius tibi consulis, quam si una proijcias te. **VALDE uidero** ꝛ nescio, utrum tibi suasurus sim, discessum ex Italia, an mansionem, uide epist. 2. quo loco hanc partem Attici litterarum Cicero responderet. **ADVERSVS me, &c.** ꝛ sic & antiqui libri, potest hic esse sensus: Patria defensionem Attice tantummodo aduersus me, si haec mansio, uia auctoritate suscepta, infeliciter cadat. nam, si in fraudem incidero, ꝛ te auctore dicar incidisse. quod ad alios attinet, in quibus sunt Lepidus, & Tullus, ꝛ satis scio non opus esse, quibus ego conscius sum, eiusdem esse sententiae, uidelicet manendum esse. **PECCAUI** ꝛ adhuc. **RELIQVA tuebor** ꝛ posthac dabo operam, ne peccem. **REDITV** ꝛ a Brundisio. **LENTVLVM** ꝛ hoc non eodem die scriptum esse, quo superiora, liquet ex eo, quia scriptum est xiv. Kalen. Apr. ut infra patet, superiora uero pridie Liberalia, qui dies xv. Kal. Apr. uide principium huius epistolae. **HIS litteris** ꝛ ad te scribendis. **SCIS** ꝛ pro Scito, ut supra, ep. 4. l. 8. **CAESARI** ꝛ a quo Corfinij captus, incolumis esset dimissus, ep. 10. **LITTERIS** ꝛ quibus rogauit, ut scriberet ad me de consilio suo, utrum mansurus esset in Italia, an ad Pompeium profecturus. ep. 1. **QUINQUATRIBVS** ꝛ aut hoc delendum, ut glossema ad diem xiv. Kal. Apr. qui dies est Quinquatruum primus: (qui enim dicat, uenit ad me Marius Quinquatribus cum ipse Quinquatribus scribat?) aut, quod ita esse existimo, haec epistolae pars non eodem, quo proxima, die scripta est. quod ex eo quoque facile possunt conijcere, quia proxime, Pridie apud me Crassipedes fuerat, subiunxit, cum loquatur de die, qui Quinquatrus antecedit. quod si haec scripserat Quinquatribus, non dixisset de die ante Quinquatrus proximo, Pridie, sed, Heri: sicuti, cum proximam partem scripsit, non dixit, Eum exspectabam xiv. Kal. Apr. sed, Eum exspectabam hodie, idest xiv. Kal. Apr. Praeterea, temporis fuisse interuallum inter haec de Matio scripta, & illa superiora, declarat epistolae principium. quod cum nocte scriptum sit, (id enim ipsa uerba demonstrant) uenisse Matium ad Ciceronem ante lucem oporteret, si continuata descriptione confectam esse epistolam uelimus, quod existimare, ineptiarum est nos, quod sentimus, pronunciamus, alij diligentius animaduertant. **HAEC** ꝛ Caesaris facta. **TUME** ꝛ ne crudelis esset in uictoria, & nefaria quaeque committeret. Caesaris enim comitatum significat, quem & paulo ante *uexa* uocauit. **πολιτικῶν** ꝛ ciue dignum, uile ciuitati. **IN ea sententia** ꝛ de pace

pace. *PRUDENTIA potuit* antiqui libri *Caualcantis*, & *Bessarionis*, *Prudentia* potius: & proxime, ubi est in impressis, in quibus etiam *Crassipes*. In libro scripto *Bessarionis*, in quibus *Crassipes* erat. de modo constat. de correctione, nihil assequor ingenio, quod probem. *INIMICOS* § Pompeianos. *OPTIMATIVUM* § eorum, qui non sunt Pompeium secuti, neque ullam belli partem attigerunt, unde illud in epistola ad Varronem, *Crudeliter otiosus minabantur*. *MUNICIPIORVM* § quia se ultro *Caesari* fore omnia dediderant. ep. 9. & de bello ci. lib. 1. *LYCCEIVM* § cuius, *Theophanis*q. consilio Pompeius maxime utebatur. ep. 1. *TOTAM Graeciam* § omnes Graecos, qui cum Pompeio erant, eius libertos, & amicos; qui apud eum gratiosiores erant, quam ut e tanti uiri dignitate uideretur. *HAS pestes* § *Caesarianos*: quorum pessima facta ne uideam, ad dissimillimos nostri profisciscar. *ILLVC* § cum se Pompeio coniunxerint. nam *Scipio* quidem, Pompeij focer, in *Syriam* erat profectus. epistola 1. & *Plutarchus* in Pompeio. *FAVSTVM* § *Sullae* dictatoris filium, qui erat in Pompeianis praefidijs, epistola 1. libro IX. *Bessarionis* tamen liber, *Emastrum*. de *Libone* autem epistola 12. lib. VII. *CONVENIRE* § in urbe: ut eorum bona uendant. *Scipionis* alienum aes memorat etiam ipse *Caesar* de bello ci. lib. 1. *μακροβυχίαν* § animum, longinquas regiones spectantem; *Aegyptum* scilicet, atque *Arabiam*. *μακροβυχίαν* malebat *Magnulus* meus: recte fortasse: ut pusillum in Pompeio animum notet, qui consistere non audeat in Italia, *Aegyptum* & *Arabiam* & *δαίμωνα* cogiter. *HISPANIAM* § prouinciam suam, in quam iturus antea putabatur comparandi belli causa. *FGAM nostram* § ex urbe. *INTERVALLVM* § postremum enim scripserat *Atticus* pridie idus. ep. 7. *PROFECTVRVM* § de pace, & concordia *Caesaris*, & Pompeij. *PERSONAM* § ob auctoritatem ex honoribus partem recte administratis. *CVM primum potui*, § statim e prouincia reuersus. *CONTRA cuius honorem* § ne posses consulatum absens petere: quod tibi populus concesserat, Pompeio tertium consule. ep. 1. l. 7. *NON modo ipse auctor dignitatis tuae fui*. § ne idem uerbum iteretur, *Fauor*, non *Auctor*, legendum uiri docti existimant. *Auctor* tamen uidetur defendi posse, praefertim consentientibus antiquis libris: quorum si uel unus haberet, *Fauor*, ualde placeret. Ad te adiuanandum § ut de habenda absentis ratione *M. Coelius* tribunus pl. una cum ceteris collegis legem ferret. ep. 1. l. 7. *BENEFICII* § a Pompeio accepti. *POSSIM* § ut mihi abesse per te liceat. ingratus enim mihi uidear, si ad sim, cum in senatu contra Pompeium de me bene meritum agetur. ep. 6. *Et pacis, & utriusque* § sic antiqui libri. mihi tamen uidetur subesse mendum, nam, *Pacis* concordia, haud scio quam recte dicatur. *Paci*, recte esset. *CONSERuari* § ne cogas me iniuriam facere Pompeio, sed conserues, ut adhuc fui, amicum utriusque uestrum. *DE Lentulo* § quem, capto *Corfinio*, in columnam dimisisti. *QUI mihi fuerat* § cum me consul ab exsilio restituit. In Pompeium § quem socium, & adiutorem *Lentulus* habuit in me restituendo.

Cicero S. D. Attico 10.

L EGERAM tuas litteras XIII. Kalen. cum mihi hic pistola affertur a *Lepta*, circumuallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. non mediusfidius prae lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. nisi ad te exemplum. miser nos, cur non omnes factum illius una exsecuti sumus? ecce eadem a *Matio*, & *Trebatio*: quibus *Minturnis* obuij *Caesaris* tabellarij. torqueor infelix, ut iam illum *Mucianum* exitum exoptem. at quam honesta, at quam expedita tua consilia, quam euigilata tuis cogitationibus qua itineris, qua navigationis, qua congressus, sermonisq. cum *Caesare*? omnia tum honesta, tum cauta. in *Epiru* uero inuitatio quam suavis, quam liberalis, quam fraterna? De *Dionysio*, sum admiratus: qui apud me honoratior fuit, quam apud *Scipionem* *Panaetius*: a quo impurissime haec, haec nostra fortuna despecta est. odi hominem, & odero: utinam ulcisci possem: sed illum ulciscuntur mores sui. Tu, quaeso, nunc uel maxime, quid agendum nobis sit, cogita. *Populi* R. exercitus *Cn. Pompeium* circumfider, fossa & uallo saeptum tenet. fuga prohibet, nos inuimus, & stat urbs ista? praetores ius dicunt? aediles ludos parant? uiri boni u-
suras perscribunt? ego ipse sedeo? coner illuc ire, ut infans? implorare fidem municipiorum? boni non sequentur; leues irridebunt; rerum nouarum cupidus, uictores praefertim, & armati, uim, & manus asserent. Quid censes igitur? equidnam est tui consilij? ad finis huius miserrimae uitae? nunc dolleo, nunc torqueor, cum quibusdam aut sapiens uideor, quod una non irerim, aut felix fuisse. mihi contra. nunquam enim illius uictoriae socius esse uolui; calamitatis malleum fuisse. quid ego nunc tuas litteras, quid tuam prudentiam, aut beneuolentiam implorem? actum est. nulla re iam possum inuari, qui ne quid optem quidem iam habeo, nisi ut aliqua inimici misericordia liberetur. *ὄχι ἐς ἔτι μὲν λόγος*, ut opinor, ille de ratibus. quid enim est, quod *Dolabella* tuis litteris, quas III. id. Mart. a *Brundisio* dedit, hanc & *Νεπείαν* quasi *Caesaris* scriberet, Pompeium in fuga esse? eumq. primo uento nauigaturum? quod ualde discrepat ab ijs epistolis, quarum exempla antea ad te misi. hic quidem mera scelerata loquuntur: sed non erat nec recentior auctor, nec huius rei quidem melior *Dolabella*. Vale.

EXPLA.

EXPLANATIO

MUCIANVM ꝛ Q. Mucij Scaeuolae, qui a Damafippo est interfectus. in epitome Liuiana. **ITINERIS** ꝛ ad mare Iuperum. **NAVIGATIONIS** ꝛ ad Pompeium. **CONGRESSVS**, sermonis q. ꝛ ut & grauitatem in congressu tenerem; & ita loquerer, ut neque ad urbem uocanti concederem, neque tamen alienam ab illo uoluntatem ostenderem. ep. 17. h. l. & r. l. 10. **SYM admiratus** ꝛ quod nobiscum esse noluerit. **IVS dicunt** ꝛ non iudicant praetores, sed ius dicunt, hoc est, iudicij formulam dant: iudicant autem dati a praetore iudices. Diximus hac de re plenius in libro de legibus Romanis. **VIRI boni** ꝛ sic & l. 2. de officijs, in extremo, Optimos uiros dixit *εὐρανοῦς* feneratores: **PERSCRIBUNT** ꝛ nomina debitorum in codicem referentes. **SEDEO** ꝛ Sedere dicuntur, qui turpi otio languent. **ADFINIS** ꝛ sic in antiquo Bessarionis libro, pateret sententia, si sic: Quid censes igitur, & quidnam est tui consilij? (ut haec sint Attici uerba, Ciceronis autem quae sequuntur plena desperationis) quid ꝛ finis huius miserimae uitae. In libro **VRBINATI** est: Ecquis finis, pro, Adfinis, nec displicet: ut haec tota ad Ciceronem interrogatio referatur, consilio indigentem. **VNA** ꝛ cum Pompeio. **CALAMITATIS** ꝛ nimis enim graui scelere uideo Pompeium in calamitate deferere. **DE RATIBUS** ꝛ ratibus teneri exitus Brundisij portus, ne Pompeius possit effugere. quod si ita esset, non scripsisset eum Dolabella primo uento nauigaturum, constat autem, hoc de ratibus, aliquo temporis interiecto spatio, postquam primam epistolae partem scripserat, esse adiunctum. quod Ciceroni est in his epistolis usitatum. Aut initium est alterius epistolae in eo, Tu quaeso nunc, quod ipsum certe disinctum a superioribus uidetur. **IN PRAESENTIA** ꝛ Pompeij fugam putat Caesaris *ἀνεπιβλητῶν*. **AB IJS epistolis** ꝛ Leptae, Matij, Trebatij: qui scribunt circumuallarum esse Pompeium ratibus exitus portus teneri. **MERA scelera** ꝛ de consilio Caesaris intercludendae Pompeio fugae.

Cicero S. D. Attico. II.

TVA'S XI. kal. accepi litteras, quibus omnia consilia differs in id tempus, cum scierimus, quid actum sit. & certe ita est: nec interim potest quidquam statui, ne cogitari quidem. quamquam haec mihi litterae Dolabellae iubent ad prisinas cogitationes reuerti, fuit enim pridie Quinquaginta egregia tempestas, qua ego illum usum puto. *συναγογῆ* consiliorum tuorum non est a me collecta ad querellam, sed magis ad consolationem meam. nec enim me tam haec mala angebant, quam suspicio culpae, ac temeritatis meae: eam nullam puto esse: quoniam cum consilijs tuis mea & facta, & consilia consentiunt. Quod mea praedicatione factum esse scribis magis, quam illius merito, ut tantum ei debere uiderer: est ita. ego illa extuli semper, & eo quidem magis, ne quid illi superiorum meminisse me putaret. quae si maxime meminisssem, tamen illius temporis similitudinem iam sequi deberem. nihil me adiuuit, cum posset: & postea fuit amicus, & tam ualde: & quam ob causam, plane scio. ergo ego quoque illi. quin etiam illud par in utroque nostrum, quod ab eisdem ille est summus, sed utinam tantum ego ei prodesse potuisssem, quam illum illi potuit. mihi tamen, quod fecit, est gratissimum. nec ego, cum nunc inuare qua re possim, scio: nec, si possem, cum tam pestiferum bellum pararet, adiuanandum putarem. tantum offendere animum eius hic manens nolo. nec mehercule ista uidere, quae tu potes iam animo prouidere, nec interesse istis malis possem: sed eo tardior ad discedendum fui, quod difficile est de discessu uoluntario sine ulla spe reditus cogitare. nam ego hunc ita paratum uideo peditatum, equitatum, classibus, auxilijs Gallorum, quos Marius *ἐξεδάκτε*, ut puero, sed certe dicebat, peditum, equitum se polliceri sumptu suo annos decem. sed sit hoc *ἀπίστευτα*. magnas habet certe copias, & habebit non ille uictigal, sed ciuium bona. adde confidentiam hominis, adde imbecillitatem bonorum uirorum: qui quidem, quod illum sibi merito iratum putant, oderunt, ut tu scribis ludum. ac uellem, scribis, quisnam hic significasset. sed & iste, quia plus ostenderat, quam fecit, & uulgo illum, qui amarunt, non amant. municipia uero, & rustici Romani illum metuunt, hunc adhuc diligunt. quare ita paratus est, ut, etiam si uincere non possit, quo modo tamen ipse uinci possit, non uideam: ego autem non tam uolens eius inuicem, quam *πειθαρχῶν*. *αὶ γὰρ εἴ τι τὴν εὐνοῖαν δεύσῃς*, inquit Πλάτων, *αὐτὸ εἶναι μὲν ἐπιμένει ἀνέγκυτος*. Illa *ἀλίκα* uideo tibi non probari, quae ne mihi quidem placebant: sed habebam in illis & occultationem, & *ἀνεπιβλητῶν* fidelem. quae si mihi Brundisij suppetant, mallem: sed ibi occultatio nulla est. uerum, ut scribis, cum sciemus. **Viris bonis me non nimis excuso.** quae enim eos cenae & facere, & obire scripsit ad me Sextus: quam lautas, quam tempestiuas? sed sint quamuis boni: non sunt meliores, quam nos: mouerent me, si essent fortiores. De Lanuino Phameae erraui: Troianum somnaueram. id ego uolui Q. sed pluris est. istuc tamen cuperem emerere, si ullam spem fruedi uiderem. Nos quae monstra quotidie intelligamus, ex illo libello, qui in epistolam coniectus est. Lentulus noster Puteolis est, *ἀδύπονος*, ut Caecius narrat, quid agat? *Διαγοπῶν* Corfiniensem reformidat: Pompeio nunc putat satisfactum: beneficio Caesaris mouetur, sed tamen mouetur magis prospecta re. Men' haec posse ferre? omnia misera: sed hoc nihil miserius. Pompeius Cn. Magium de pace misit, &

E e tamen

tamen oppugnatur: quod ego non credebam: sed habeo a Balbo litteras, quarum ad te exemplum misi. lege, quaeso, & illud infimum caput ipsius Balbi, optimi, cui Cnaeus noster locum, ubi hortos aedificaret, dedit: quem cui nostrum non saepe praetulit? itaque miser torquetur, sed, ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reijcio. Spem autem pacis habeo nullam. Dolabella suis litteris, id. Mart. datis, merum bellum loquitur. maneamus ergo in illa eadem sententia misera, & desperata: quando hoc miserius esse nihil potest. Balbus Cicero imp. S. Caesar nobis litteras per breues misit, quarum exemplum subscripsi. breuitate epistolae scire poteris eum valde esse distentum,

qui tanta de re tam breuiter scripserit. si quid praeterea noui fuerit, statim tibi scribam. Caesar Optimo, Cornelio S. Ad VII. id. Mart. Brundisium ueni: ad murum castra posui. Pompeius est Brundisij: misit ad me Cn. Magium de pace, quae uisa sunt, respondit. hoc nos statim scire uolui. cum in spem uenero, de compositione aliquid me conficere; statim uos certiores faciam. Valete. Quo modo me nunc putas, mi Cicero, torqueri, postquam rursus in spem pacis ueni, ne qua res compositionem eorum impediat? namque, quod absens facere possum, opto, quod si una essem, aliquid fortasse proficere possem. nunc exspectatione crucior. Vale.

EXPLANATIO

ACTVM } Brundisij. **HAE** litterae } non dubito, quin litteras intelligat III. id. Martij datas. haec aut certe scripta est haec pars aliquanto post superiora. **PRISTINAS** cogitationes } de profectio-
ne mea ad Pompeium; quem cum scripserit Dolabella primo uento nauigaturum, nauigasse puto; quoniam pridie Quinquatrus tempestas fuit ad nauigandum maxime idonea. At quo modo hoc iubent litterae Dolabellae, qui Caesaris in praesidijs eratiu- benti, dixit, pro, efficiunt: cum nauigasse Pompeium significent. **COLLECTA** } cum loca ex epistolis tuis descripsi, quibus mihi mansionem in Italia suadebas. ep. 9. **CONSOLATIONEM** meam } quod una cum Pompeio non ierim. **CULPAE**, ac temeritatis meae } uidebar enim mihi peccasse, temereque fecisse, quia profectus cum Pompeio non essem: nunc non uideo; quoniam in eo tua consilia sum secutus. **ILLIUS** } Pompeij. **ILLA** } studium, operamque, in me restituendo. **SUPERIORVM** } superioris iniuriae, cum me, suum praesidium contra meos inimicos implorantem, deseruit. ep. 4. **TAMEN** illius &c. } tamen eum adiuuare debent. **SIMILITUDINEM** } primo me deseruit, cum patria pulsus sum: deinde adiuuit, ut restituerer: item ego, quod ante omisi, nunc facere debeo, ut eum adiuuem. **QUAM** ob causam } non tam ut mihi beneficium daret, quam ut inimico meo, grauius offensus, iniuriam redderet. **ILLI** } nunc amicus ero: quem si offendi, quod ante ad eum non sum profectus; nunc proficiscens resarciam, ita sequar illius temporis similitudinem. **ILLECTI** } sic liber Caualcantis, aliter Bessarionis. habet enim, dilecti? ut fortasse non absurde legi possit, Eiecti, nam a Caesare quidem eieci, quoniam is consul Clodium ad plebem transfudit. Suetonius. **NAM** ego hunc } Caesarem. ἐλάλησεν } malle. ἐλάλησεν, i. ostentabat, supra ueritatem narrabat: quoniam subiunxit, Sit hoc λάπηρα. & est intercisa comprehensio, nam, cum, Ita, dixisset, nihil reddidit, nisi si ad illud spectes, quod infra positum est, Quare ita paratus est. **SE** polliceri } mendum ex eo patet, quod & peditum, equitumque numerus desideratur, qui uideatur adscribendus omnino fuisse: & Se, quo referatur, non est. **VECTIGAL** } quod in stipendia militum conferri solet, sed omnia omnium bona, quibus ad sustentandum exercitus utetur. **ILLVM** } Pompeium, quem secuti non sunt: ideoque merito iratum putant. **QVIS** nam hic } & hoc, & quod sequitur, Sed & iste, ita mendosum est, ut corrigi sine uetustis libris a me quidem minime possit. **RUSTICI** Romanani } coloniae maxime ciuium Romanorum. **Ego** autem, &c. } uereor, ut exire ex Italia mihi liceat; non tam quia Caesar omni utetur artificio, omnibusque blanditijs, ac precibus ager, ut remaneam; quam quod eius preces uideo esse pro imperio. γοιτίαν } malitiosas blanditias. **ILLA** ἀλιμενα, } impo-
rtuosa loca: quae scripsi me cogitare, primum ut laterem, deinde ut comitatu meo uti possem: (celebri enim loco laureatorum comitatus sermonem hominibus dabit: episto. 4. lib. 10. quod utrumque si Brundisij suppetat, ibi malim esse. **VERVM** } uerum hac de re deliberabimus, cum sciemus, quid Brundisij actum sit, num Pompeius classe abierit. **SCIMVS** } malle, Sciemus. **NON** nimis excusationem non laboro, ue me excusum, quia non iuerim ad Pompeium; cum ipsos uideam cenas in urbe, quasi reip. recte sit, & facere, & obire. **SEXTVS** } Peducaeus. **TEMPESTI** uas } cum luxu, & hilaritate nimis. uide epist. huius libri. **FORTIORES** } si eos id fecisse uiderem, quod me facere oportuisse dicunt: hoc est, si ad Pompeium ipsi profecti essent, armaque contra Caesarem sumpsisent. **TROIANVM** formiaueram. } falso credideram. Troia dictus locus is, in quem primum egressus est Aeneas, uicinus agro Laurenti, Ardeati, Antiati, Lanuino. **VOLVI** Q. } quingentis millibus emere. uide ep. 8. **MONSTRA** } de Brundisio. **LENTVLVS** noster } caput adscriptum ex intervallo. **QV** id agat? } cur non se occultet, ut facit: cur prodeat in publicum? cur ad Pompeium eat: δία τῶν ἰσθμῶν } mutationem rerum: quia mutari tunc Pompeij fortuna uisa est. terret eum memoria Corfiniensis euentus. **REFORMIDAT** } uereatur, ne in eandem calamitatem incidat, si ad Pompeium transeat, **SATIS** factum } quod, suscepto bello, arma

eum restituit, cum ceteros restitueret lege Pompeia damnatos. ARMA haec contra ? tulisset. Pompeius autem omnibus minabatur, qui ipsius in praesidijs non fuissent. SED quis ulli non dicat ? & distingue sic: Sed quis, ulli non dicat, hoc sensu; non infans ille quidem est, sed ita obscurus, ut, quis sit, nemini possit dicere. PROPECTVS, & subaudi, narrabat. ILLINC & Brundisio.

Cicero S. D. Attico. 13.

A TE nihil : ne ante prorsus quidem quid litterarum. nec mirum : quid enim est, quod scribamus ? ego tamen nullum diem praetermitto. Scripta epistola, littera mihi ante lucem a Lepta Capuae reddita sunt, id. Mart. Pompeium Brundisio conscendisse, at Caesarem ad VII. Kal. Apr. Capuae fore. Vale.

EXPLANATIO

A TE nihil &c. & distingue sic, A te nihil, ne ante prorsus quidem quid litterarum.

Cicero S. D. Attico. 14.

CVM dedissem ad te litteras, ut scires Caesarem Capuae v. kalen. fore; allatae mihi sunt litterae, eum in Albano apud Curionem v. kalen. fore. eum cum uidero, Arpinum pergam. si mihi ueniam, quam peto, dederit, utar condicione: sin minus, impetabo aliquid a me ipso. ille, ut ad me scripsit, legiones singulas posuit Brundisij, Tarenti, Siponti. claudere mihi uidetur maritimos exitus, & tamen ipse Graeciam spectare potius, quam Hispanias: sed haec longius absunt. Me nunc & congressus huius stimulat; (is uero adest) & primas eius actiones horreo. uolet enim, credo, senatusconsultum facere: uolet augurum decretum: rapiemur, aut absentes uexabimur. uel ut consules roget praetor, uel dictatorem dicat: quorum neutrum ius est, at si Sulla potuit efficere, ab interroge ut dictator diceretur, & magister equitum: cur hic non possit? nihil expedio, nisi ut ab hoc, tamquam Q. Mucius, aut ab illo, tamquam L. Scipio. Cum tu haec leges, ego illum fortasse conuenero. τίτλα: καὶ τερὸν. ne illud quidem nostrum proprium. erat enim spes propinqua, qui reditus, erat hominum querella. nunc exire cupimus; qua spe reditus, mihi quidem numquam in mentem uenit. non modo autem nulla quaerela est municipalium hominum, ac rusticorum, sed contra metuant ut crudelium, iratum: nec tamen mihi quidquam est miserius, quam remansisse; nec optatius, quam euolare, non tam ad belli: quam ad fugae societatem. sed tu omnia consilia differebas in id tempus, cum sciremus, quae Brundisij acta essent. scimus nempe, haeremus nihilo minus, uix enim spero mihi hunc ueniam daturum: etsi multa assero iusta ad impetrandum. sed tibi omnem illius, meumque sermonem, omnibus uerbis expressum, statim mittam. Tu nunc omni amore enitere, ut nos cura tua, & prudentia inues, ita subito accurrit, ut ne Trebatium quidem ut constitueram, possim uidere, omnia tibi imparatis agenda: sed tamen.

ἀ δὲ μὲν αὐτὸς, ut ait ille,

Αἰδῶ δὲ καὶ δαίμων ὑποβόησται. quidquid egero, continuo scies. Mandata Caesaris ad consules, & ad Pompeium, quae rogas, nulla habeo. quae descripta attulit illa e uia mihi ad te: e quibus mandata puto intelligi posse. Philippus Neapoli est, Lentulus Puteolis, de Domitio, ut facis, seiscitare, ubi sit, quid cogitet. Quod scribis, asperius me, quam mei patientior mores, de Dionysio scripsisse: uide, quam sim antiquorum hominum: te mediusfidius hanc rem grauius putauit laturum esse, quam me. nam, praeterquam quod te moueri arbitror oportere iniuria, quae mihi a quoquam facta sit; praeterea te ipsum quoniam modo hic uiolauit, cum in me tam improbus fuit: sed tu id quanti aestimes, tuum iudicium est: nec tamen in hoc tibi quidquam oneris impono: ego autem illum male sanum semper putauit, nunc etiam impurum, & sceleratum puto, nec tamen mihi inimiciorum, quam sibi. Philargyro bene: causam certe habuisti & ueram, & bonam: relictum esse me potius, quam reliquisse. Cum de dissem iam litteras ad VII. kalen. quos cum Matio pueros, & Trebatium miseram, epistolam mihi attulerunt hoc exemplo. Matio & Trebatius Ciceroni imp. S. Cum Capuae exissemus, in itinere audiuimus Pompeium Brundisio ad XXI. kal. Apr. cum omnibus copijs, quas habuerat, profectum esse: Caesarem postero die in opidum introisse, concionatum esse, inde Romam contendisse: uelle ante kalen. esse ad urbem, & paucos dies ibi commorari, deinde in Hispanias proficisci. Nobis non alienum uisum est, quoniam de aduentu Caesaris pro certo habebamus, pueros tuos ad te remittere, ut id tu quam primum scires. Mandata tua nobis curae sunt, eaque, ut tempus possim larit, agemus. Trebatium Staenola facit ut. antecedit. Epistola conscripta, nunciatum est nobis, Caesarem ad VII. kalen. Capuae, ad VII. Sinuessae, hoc pro certo putamus. Vale.

EXPLANATIO

VENIAM ꝛ ut concedat, ut absim, cum aliquid in senatu contra Pompeium agetur. ep. 6. **A ME IPSO** ꝛ ad Pompeium proficiscar: quod adhuc a me nõ impetraui. **ILLE** ꝛ Caesar. **GRÆCIAM** ꝛ ut ipsum Pompeium continuo persequatur. quod cum ita sit, quorsum hæc loca legionibus muniuit? nam, si in Hispanias contra Pompeij legatos proficisci cogitaret, ideo maritimos exitus uideretur clausisse, ne Pompeius, ipso absente, Italiam classe peteret. **LONGVS ABSUMT** ꝛ non igitur nunc consideranda? agamus de congressu, qui nunc instat. **STIMVLAT** ꝛ nunc hæc me uexat sollicitudo, quod cum Caesar congressurus sim. **AVGVRYM decretum** ꝛ ut augures decernant, licere prætori comitia, consularia habere, aut dictatorem dicere. ep. 8. **RAPIEMVR** ꝛ Romam, ut augur, & senator id decernam: aut, si recusabimus ire, uexabimur. **DICTATOREM** ꝛ quod factum est, nam postea Caesarem M. Lepidus prætor dictatorem dixit. **NIHIL expeditio** ꝛ cogitatione nihil explico, nihil assequor nisi hoc, exitum mihi impendere aut Q. Mucij, qui est a Mario iuniore occisus; aut L. Scipionis, quem Sulla proscript. epitome Liuiana lib. 85. Orosius, oratio pro Sextio, lib. 3. de Orat. consul enim Norbano fuit. **τέτρα: κύντερον** ꝛ perfer: grauius tulisti: cum scilicet lege Clodia pulsus indignissime exsulasti. Tibi, inquit, illud nostrum Attice grauius uidetur: mihi contra proprium enim non erat, hoc est non eiusmodi, ut idem semper futurum esset, ut mutari non posset. id enim ualet Proprium. Ad locum Homeri de Vlysse respexit: de quo & Plato in Politicis, & Maximus Tyrius mentionem fecere. Homerus autem sic, **ὁδὸν τῆς θαλάσσης μοι κοσμήσιν, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔστλην.** Quæ uerba Horatius, Vlystem cum Tiresia loquentem inducens, ita uertit Sat. 5. lib. 2.

,, - Fortem hoc animum tolerare iubebo:

,, Et quondam maiora tuli.

EXIRE ꝛ ex Italia. **NULLA querella** ꝛ quod Pompeius Italia pulsus sit. **RUSTICORVM** ꝛ rusticae plebis, bene de rep. sentientis, nam urbana plebs nominari cum ignominia solet. ep. 1. 7. Vide librum nostrum de Ciuitate Romana, maxime autem colonias intelligit ciuium Romanorum: quæ ipsæ quoque plebis rusticae partes sunt. **METVNT** ꝛ Pompeium. **IRATVM** ꝛ quia eos, qui remanserunt in Italia, male odit. fam. 1. 9. ep. 6. **VENIAM daturum:** ꝛ concessurum, ut absim, cum in senatu contra Pompeium agetur. ep. 6. **POSSIM uidere:** ꝛ ut ex eius sermone comparem me ad Caesaris congressum. **ad id:** ꝛ ipse o Cicero excogitabis. **VT ait ille** ꝛ ut alloquitur Telemachus Minerua Mentori simulata, **ὁδὸν.** **QVÆ descripta attulit** ꝛ mirum, cur, quis attulerit, non dicat. **QVAM sim antiquorum hominum** ꝛ quam sim antiquis hominibus similis, qui ex sua natura ceteros fingebant, ut est in oratione pro Sex. Roscio, item ego, cum te finxerim ex natura mea, meumq. sensum secutus, grauius putarim Dionysij iniuriam laturum esse, quam me; nunc ex tuis litteris meas opinionis erratum agnosco. **PHILARGYRO bene:** ꝛ resp. pondisti. **RELICTVM** ꝛ a Dionysio. **HISPANIAS** ꝛ contra Pompeij legatos. **CAESAREM** ꝛ subaudi mansurum.

Cicero S. D. Attico. 15.

CVM, quid scriberem ad te, nihil haberem, tamen, ne quem diem intermitterem, has dedi litteras. Ad VII. Kal. Caesarem Snuessæ mansurum nunciabant. ab eo mihi litteræ redditæ sunt ad VII. Kal. quibus iam opes meas, non, ut in superioribus litteris, opem, expectat. cum eius clementiam Corfiniensem illam per litteras collaudauissem, rescripsit hoc exemplum. Caesar imp. Ciceroni imp. S. Recte augurari de me, (bene enim tibi cognitus sum) nihil a me abesse longius crudelitate. atque ego cum ex ipsa te magnam capio uoluptatem: tum, meum factum probari abs te, triumpho: & gaudeo. neque illud me mouet, quod ij, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur; ut mihi rursus bellum inferrent. nihil enim malo, quam & me meci similem esse, & illos sui. Tu uelim mihi ad urbem præsto sis, ut tuis consilijs, atque opibus, ut consueui, in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius. hanc adeo habeo gratiam illi. neque enim aliter facere poterit: tanta eius humanitas, is sensus, ea in me est beneuolentia. Vale.

EXPLANATIO

HABEO gratiam illi: ꝛ quia tecum aget, ut ad urbem uenias. **Is sensus** ꝛ ita est affectus erga me.

Cicero S. D. Attico. 16.

TREBATIVM VI. Kal. quo die has litteras dedi, exspectabam. ex eius nuncio, Matijq. litteris meditabor, quo modo cum illo loquar. o tempus miserum. nec dubito, quin a me contendat, ad urbem ueniam.

uam. senatum enim kal. uelle se frequentem adesse, etiam Formijs proscribi iussit. ergo ei negandum est? sed quid praeripi? statim ad te perscribam omnia. ex illius sermone statuam, Arpinum ne mihi erudum sit, an quo alio. Volo Ciceroni meo togam puram dare, istuc puto, tu quaeso cogita, quid deinde: nam me hebetem molestiae reddiderunt. A Curio, uelim scire, ecquid ad te scriptum sit de Tirone. ad me enim ipse Tiro ita scripsit, ut uerear, quid agat. qui autem ueniunt inde, id modo nunciant. sane in magnis curis etiam haec me sollicitant, in hac enim fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas esset.

EXPLANATIO

QUID praeripi? & quid attinet anticipare de Caesaris congressu? epist. i. l. 10. TIRONE & Patris aegrotante. INDE, & c. & Bessarionis liber, In id modo nuncians, non dubito, quin deprauatus sit locus, nec facilis emendatio.

Cicero S. D. Attico. 16.

VTRVMQUE ex tuo consilio. nam & oratio fuit ea nostra, ut bene potius ille de nobis existimaret, quam gratias ageret. & in eo mansimus, ne ad urbem, illa se fellerunt, facilem quod putaramus. nihil uidi minus. damnari se nostro iudicio, tardiores fore reliquos, si in his non ueniremus, dicere. ego, dissimile illorum esse causam. cum multa: ueni igitur, & age de pace. neo ne, inquam, arbitratus an tibi, inquit, ego praescribam? sic, inquam, agam, senatui non placere in Hispanias iri, nec exercitus in Graeciam transportari: multa, inquam, de Cnaeo deplorabo. tum ille, ego uero ista dici nolo. ita putabam, inquam: sed ego, eo nolo adesse, quod aut sic mihi dicendum est, multaque, quae nullo modo possem silere, si adessem; aut non ueniendum. summa fuit, ut ille quasi exitum quaerens, ut deliberarem. non fuit negandum. ita discessimus. credo igitur hunc me non amare. at ego me amauit, quod mihi iam pridem usu non uenit. reliqua, o dii, qui comitatus, quae, ut tu soles dicere, *νεκρά*: in qua erat Eros Celeri. o rem perditam, o copias desperatas, quid? Seruij filius. quot in his castris fuerunt, quibus Pompeius circumfunderetur? sex legiones. multum uigilat, audent, nullum uideo finem mali. nunc certe premenda tibi sunt consilia. Hoc fuerat extremum. illa tamen *νεκρά* illius est odiosa, quam paene praeterij: si sibi consilijs nostris uti non liceret, usurum, quorum posset, ad omnia, esse descensurum. uedisti igitur uirum, ut scripseras? ingenuisti? certe. cedo reliqua, quid? continuo ipse in Puteolaum, ego Arpinum. inde exspecto quidem *ΔΑΛΤΕΚΑΝ* illum tuam. tu (*malum*) inquit, es, actum ne agas. etiam illum ipsum, quem sequimur, multa se fellerunt. sed ego tuas litteras exspecto. nihil est enim iam, ut antea, Videamus hoc quorsum euadat. Extremum fuit de congressu nostro, quo quidem non dubito quin istum offenderim. eo maturius agendum est. amabo te epistolam, & *πολιτικῶν*, ualde tuas litteras nunc exspecto. Vale.

EXPLANATIO

ORATIO & cum Caesare. *BENE existimaret* & quia me gratum uideret in Pompeium. *GRATIAS ageret* & non enim hoc fecit: quoniam in eo perseverauit, ne ad urbem irem. epist. 18. *NOSTRO iudicio* & ideo me ad urbem non ire, quia de eo non recte existimarem. *CVM multa* & cum multis uerbis ostenderem, dissimile aliorum esse causam: me enim beneficio deuinctum non posse sine maxima culpa interesse, cum in senatu contra illum ageretur: ueni igitur, inquit Caesar, & causam age non meam magis, quam Pompeij: de pace, inquam, age. *IRI* & a te. *EXITVM* & sermonis. *VT delibera rem* & subaudi, diceret. *NON fuit negandum* & dixi me deliberaturum. etsi iam deliberaueram, mihi enim fixum est, aut in senatum non uenire, aut ea dicere de rep. quae sentio. sed petenti, ut deliberarem, non fuit negandum. *Ego me amauit* & feci, quod magis ex animo meo fuit: quod iam pridem non feceram: quia potentibus in rep. post exsulij tempora inferuiui. Amabo, liber Bessarionis: eadem sententia. *COMITATVS* & Caesaris: *νεκρά* quam tu appellasti in epistola tua. ep. 9. *EROS Celeri* & flagitiosus libertus Q. Metelli Celeris, qui perierat Marcellino & Philippo eos. Celeri, autem pro, Celeris: quare ratione & Virgilius dixit, Reliquias Danaum, atque immittis Achilli: & Acris Oronti. *SERUII filius* & Ser. Sulpicij filius erat in comitatu Caesaris. epist. 18. *REM perditam* & perdita Caesaris causa, & copiae eiusmodi, ut sperare nihil possis. actum igitur de salute reip. *FVERVNT* & quia Brundisio redibant. & cum admiratione protulit. quasi uix credibile uideatur, tot homines conuenisse ad Cn. Pompeium circumfidendum. *EXTREMVM* & ut tuum consilium exquirerem. *νεκρά* & quasi condemnatio, aduersus me dicta sententia. *VIRVM* & non dixit, hominem, sed uirum: ut Atticus id uerbum usurpet, quo Cicero in epistola quadam usus erat, cum scriberet fortasse sic? Ego cum uirum uidero; *ΔΑΛΤΕΚΑΝ* de Caesare. *ΔΑΛΤΕΚΑΝ* & corruptae litterae. antiquus liber, *VVV ueniam*. non placet in obscuris diuinare. *ILLVM ipsum* & Pompeium. ep. 2. *VT antea* & cum scribebas, Videamus, & Cnaeus quid

quid agat, & illius rationes quorsum fluant. ep. 9. *EXTREMUM* fuit de congressu nostro. & primum differebas tua consilia, dum sciremus, Pompeij rationes quorsum fluerent. nempe scimus: Italia pulsus mare transiit. differerebas etiam, quod, cum scires me cum Caesare ad urbem redeunte congressurum, scire uolebas, in eo congressu quid is aut a me petijset, aut petenti mihi concessisset. extremum igitur fuit, quod exspectaras, de congressu nostro. *AGENDVM* est & deliberandum, quid me agere oporteat. *πολιτικῶν* & de rep. ut scribas ad me quae Caesar egerit in aduentu suo.

Cicero S. D. Attico 18.

EGO meo Cicero, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi: idq. municipibus nostris fuit gratum, etsi omnes, & illos, & qua iter feci, maestos, afflictosq. uidi: tam tristis, & tam atrox est. *θεῶν* huius ingentis mali, delectus habetur. in hiberna deducuntur ea, quae, etiam cum a bonis uiris, cum iusto in bello, cum modeste fiunt, tamen ipsa per se molesta sunt, quam censes acerba nunc esse, cum a perditis, in civili nefario bello, petulantissime fiunt? caue autem putes, quemquam hominem in Italia turpem esse, qui hinc absti. uidi ipse Formijs uniuersos. neque me hercule umquam homines putari, & noram omnes, sed nunquam uno loco uideram. Pergamus igitur, quo placet; & nosstra omnia relinquamus. proficiscamur ad eum, cui gratior noster aduentus erit, quam si una fuisset. tum enim eram in maxima spe; nunc, ego quidem, in nulla. nec, praeter me, quisquam Italia cedit, nisi qui hunc inimicum sibi putaret. nec me hercule hoc facio reip. causa, quam funditus deletam puto, sed ne quis me putet ingratum in eum, qui me leuauit in commodis, quibus idem affecerat: & simul, quod ea, quae sunt, aut quae certe futura sunt, uidere non poterit. etiam quidem S. C. facta quaedam iam puto, utinam

in Volcatij sententiam. sed quid refert? est enim una sententia omnium. sed erit iniustissimus Seruius, qui filium misit ad affligendum Cn. Pompeium, aut certe capiendum, cum Pontio Titiniano. etsi hic quidem timoris causa, ille uero? sed stomachari desinamus, & aliquando sententiam, ut nihil noui, nisi id; quod minimum uellem spiritum reliquum esse. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero nauigabimus: & si Puteolis erit difficile, Crotonem petemus, aut Thurios; & boni ciues, amantes patriae, mare infestum habebimus. aliam rationem huius belli gerendi nullam uideo. in Aegyptum nos abdimus. exercitu pares esse non possumus. pacis fides nulla est. sed haec satis deplorata sunt. Tu uelim literas Cephalioni des de omnibus rebus actis, denique etiam sermonibus hominum; nisi plane obmutuerunt. Ego tuis consilijs usus sum, maxime quod & grauitatem in congressu nostro tenui, quam debui; & ad urbem ut non accederem, perseueravi. Quod superest, scribe, quaeso, quam accuratissime, (iam enim extrema sunt) quod placeat, quid censeas. etsi iam nulla dubitatio est, tamen, si quid, uel potius quidquid ueniet in mentem, scribas uelim. Vale.

EXPLANATIO

QUI hinc absti. & qui cum Caesare non sit. *VMQVAM* homines putari & recordatus paullo ante, Hominem, dixisse, correctionem subiecit: monstra quaedam semper putauit, non homines. *QVO* placet & quo iam constituimus. *NEC* praeter me & quo gratior Pompeio aduentus noster esse debebit, nam alij non tam ipsius amore, quam Caesaris metu, Italia cesserunt. *INCOMMODIS* & exsilio. epist. 3. lib. 8. *INIVSTISSIMVS* & totus a ratione auersus, minime iustam in partem propensus. Tale illud in epistola ad Lentulum: Bibulum habuimus multo iustiorum, paene etiam amicum. Immitissimus, alij legunt, ego neminem reprehendo, sequor antiquum Bessarionis librum, sequor ipsam sententiam, exemplo confirmatam, pacem, inquit, in senatu Ser. Sulpicius dissuadebit, quia scit Pompeium amicum sibi numquam fore, quoniam filium Brundisium misit ad eum affligendum. epistola 3. & XI. lib. 10. *HIC* quidem & Pontius quidem Titinianus cum Caesare contra Pompeium arma tulit, quia, cum inclinatum uideret Pompeij fortunam, rerum suarum ruinam Caesare uictore pertimuit. Seruius uero indigne fecit, qui filium miserit, neque enim quidquam cogitare magis debuit, quam quid eum ciuem, qui summos honores in rep. gessisset, & agere, & sentire par esset. quae a Pontio non exspectantur: ideoq. minus turpis, quam Seruius. epistola 6. *SENTENTIAM* & subintellige, dicamus. *VT* nihil noui & dicamus. *QVOD* minimum & hoc est uelle me minimum mihi spiritum reliquum esse. nam, ne quis, Quod, inuitate dictum hoc modo putet; exempla aliquot afferam eiusdem Ciceronis, ut dubitatio tollatur. Epistola 4. lib. 10. Cum scripsisset, inquit, quod me cuperet ad urbem uenire. Et epistola 40. libri 13. fam. Si ulla umquam apud te mea commendatio ualuit; quod scio multas ualuisse plurimum; haec ut ualeat, rogo. Et lib. 11. de off. Videndum illud item, quod, si opulentum, fortunatumq. defenderis, in illo uno, aut forte in liberis eius; maneat gratia. Et lib. 1. de Leg. Illud extremum est, quod recte uiuendi ratio meliores efficit. Reliqua uide in Commentario nostro epistola 28. lib. 7. Fam. *SUPERVM* mare & Adriaticum. *INFERO* & Etrusco. *OBSIDETVR* & Caesaris praesidijs. epist. 3. *INFECTVM* habebimus & infestum reddemus, sic, Solicitum habere, pro solicitum reddere, alibi dixit, & Dymacos mare infestum habere, epistola 1. libri XVI. Est autem sententia, Pompeium classem parare sed intercludendos Italiae commeatu, id est ad patriam fame necandam: ad hunc se iturum (epist. 8.) & cum iracundia ironia, Boni ciues, amantes patriae, dixit. *IN Aegyptum* & quoniam quidem neque de Aegypto, & Arabia cogitare debemus, (cur enim eo nos abdamus? epistola 9.) & exercitu pares esse Caesar non possumus. classe igitur bellum geremus. *CONGRESSV* & Caesaris. ep. 15. *CENSEAS* & mihi agendum etsi nulla iam dubitatio est, quin mihi sit eundem ad Pompeium.



IN EPISTOLARVM
M. TVLLII. CICERONIS

A D

T. POMPONIVM. ATTICVM

LIBRVM. X.

PAVLLI. MANVTII
COMMENTARIVS



Cicero S. D. Attico. 1.



PERTIO non, cum in Late-
rium fratris uenissem, acce-
pi litteras, & paulum respi-
raui: quod post has ruinas
mibi non acciderat, per enim
magnum aestimo, tibi firmitudi-
nem animi nostri & factum
nostrum probari. Sexto, n.

nostro quod scribis probari, in laetor, ut me quasi pa-
tris eius, cui semper uni tribui plurimum, iudicio com-
probari putem: qui mihi, quod saepe soleo recordari,
dixit olim, nonis illis Decembribus, cum ego, Sexte,
quidnam ergo?

Μη μὲν, inquit ille, ἀποὺδ εἶγε ἡ ἀχελειὸς ἀπολοῦμαι,
Ἄλλα μέγα πέρας τί, καὶ ἐσομένοισι τοῖσθα.

eius igitur mihi uixit auctoritas; & simillimus eius fi-
lius eodem est apud me pondere, quo fuit ille: quem sal-
uere uelim iubeas plurimum. Tu tuum consilium etsi
non in longum tempus differs, (iam enim illum emptum
pacificatorem perorasse puto, iam actum aliquid esse in
confessu senatorum) tamen suspensum me detines, sed
eo minus, quod non dubito, quid nobis agendum putes,
quid enim Flauio legionem, & Siciliam dari scribis,
& id iam fieri? quae tu scelera partim parari, et iam
cogitari, partim ex tempore futura censes? ego uero So-
lonis, popularis tui, & ut puto, etiam mei, legem negli-
gam, qui capite sanxit, si qui in seditione non aleruntius
partis fuisset, nisi tu aliter censes. & hinc abero, & fi-
lii, sed alterum mihi est certius: nec praeripiam tamen;

exspectabo tuum consilium, & eas litteras, nisi alias
iam dedisti, quas, scripsi, ut Cephalioni dares. Quod scri-
bis, non quo alicunde audieris, sed te ipsum putare, me
attractum iri, si de pace agatur: mihi omnino non uenit
in mentem, quae possit actio esse de pace, cum illi cer-
tissimum sit, si possit, exspoliare exercitum, & prouincia
Pompeium, nisi forte iste summaris ei potest esse persua-
dere, ut, dum oratores eant, & redeant, quiescat, nihil
uideo, quod sperem, aut quod iam putem fieri posse, sed
tamen hominis hoc ipsum prohi est, & magnam ἡ πό-
λιτικὸν τὸν σκευμὰτων, ueniendum ne sit in consilium
tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. qua-
re, si quid eius modi euenerit, ut accersamur: (quod e-
quidem non curo: quid enim essem de pace dicturus, di-
xi, ipse ualde repudiavit) sed tamen, si quid acciderit,
quid censeas mihi faciendum, utique scribito, nihil enim
mihi adhuc accidit, quod maioris consilij esset. Treba-
tij, boni uiri, & ciuis, uerbis te gaudeo delectatum: tuaq;
ista crebra ἐκφώνοις, ΠΙΠΕΙ me sola adhuc de-
lectauit. Litteras tuas uehementer exspecto, quas qui-
dem credo iam datas esse. Tu cum Sexto seruasti graui-
tatem eandem, quam mihi praecipis. Celer tuus disor-
tus magis est, quam sapiens. De iuuenibus, quae ex Tul-
lia audisti, uera sunt. M. Antonij istud, quod scribis, non
mihi uidetur tam re esse triste, quam uerbo. haec ἔ-
στιν, in qua nunc sumus, mortis instar, aut enim mihi li-
bere inter malos πολιτικῶν fuit, aut uel periculose
cum bonis: aut nos temeritatem bonorum sequamur:
aut audaciam improborum insecutemur, utrumque pe-
riculosum